

www.e-rara.ch

Athanasii Magni Alexandrini episcopi, graviss. scriptoris et sanctiss. martyris, Opera in quatuor tomos distributa

Athanasius

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Bern

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-125995

Quartus tomus in quem reliqua scripta, sparsim hinc inde disiecta, ab aliis versa, coniecimus, quaecunque magni Athanasii episcopi Alexandrii nomine circumferuntur

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

QVARTUS TOMUS IN QVEM RELIQUA SCRIPTA, SPARSIM HINC INDE DISIECTA, AB ALIIS VERSA, CONIECL.

mus, quæcunce magni ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI no mine circumferuntur: quibus adiecimus diuinæ Scripturæ Veteris ac Noui testamenti Synopsin, à D. Vuolfgango Muscus lo ante aliquot annos Latinitate donatam, & nuper primum à nobis in lucem editam.

De Voira Deirare Friedratis ad Theophilum lib. vus. 3 - 79 Synopiis rorius Sacra Sarlpung Nouize Vereris instrumeri 195

HOC TOMO CONTINENTUR A DIVERSIS INTER-

D. Athanasij De uarijs quæstionibus Sacræ Scripturæ a	d Ans
tiochum principem libellus.	Pag.3
Tractatus De Definitionibus Theologicis.	28
Disputatio contra Arium Laodiceæ habita.	34
Exhortatio ad Monachos.	53
De passione imaginis domini nostri lesu Christi libellus.	57
Ad Marcum Papam epistola.	61
Marci Papæ rescriptum ad Athanasium.	62
Ad Serapionem de Sancto Spiritu epistolæ duæ.	64
De Vnita Deitate Trinitatis ad Theophilum lib. v11.	70
Synopsis totius Sacræ Scripture, Noui ac Veteris instrun	neti.95
Index copiosus in fine additus.	

SANCTIPATRIS ATHA-NASII ARCHIEPISCOPI ALEXANS


DRIAE, AD ANTIOCHVM PRINCIPEM, DE PLVRIMIS & necessariis quæstionibus, quæ in divinis scripturis apud multos in dubio sunt, & tamen à quouis Christiano teneri debent.

VALENTINO AMPELANDRO INTERPRETE.

QVAESTIO I

NDE declarari potest, quòd creati sint angeli; nam in lie bro Geneseos id non memoratur.

RESPONSIO.



Aa sunt, ipse mandauit, & creata sunt.

Quæstio 11.

ornata Cherubin, & Throni.

Quantum igitur angelorum numerus, hominum multitudinem superate Responsio. Alis quidem adserunt, quòd nonaginta nouem partibus distributi sint, iuxta parabolam decem drachmarum: Alis uerò equalem angelorum & hominu este numeru affirmant, in testimonium adducentes illud: Constituit gentium terminos iuxta numerum angelorum Dei:

Quæstio 111.

Quid inter se differunt angelorum essentia, & essentia dæmonum:

Responsio. Essentia non differt, sed uoluntas diuersa est, sicut boni & mali hominis animus inter se differt.

Quæstio. 1111.

Quot sunt ordines, & quot sunt angelorum essentiær. Responsio. Vna & eadem est essentia, sicut etiam una tantum est essentia hominum. Ordines uerò, sicut multum ualens in Theologia Dionysius inquit, sunt nouem: Angeli, Archageli, Prin cipatus, Potestates, Virtutes, Dominationes: Sex alis alata Seraphim, multis oculis

Quæstio V.

Quot sunt cœli: Responsio. In dubio est apud multos hæc quæstio. Nam liber Geneseos duos cœlos comemorat. Diuus autem Paulus etia tertium cœlum se-se uidisse dicit. Et Dauid propheta de quarto cœlo loquitur: Laudate eum cœli cœlo rum. Sciendum uerò, quòd quemadmodum natura hominum una, & unus homo die citur, multi item sunt homines: Sic etiam cœlorum natura una, & unum cœlum dicie tur in diuina scriptura, & cœli multi.

Quæstio VI.

Quando, & quam ob causam ex cœlo diabolus decidit? Fabulantur enim quidã, quòd deciderit eo quòd Adamum adorare uoluerit. Responsio. Hominūstultorum comenta sunt hec. Diabolus enim antequam creatus esset Adam, cecidit. Con statuerò cecidisse eum propter superbiam suam, ut inquit Esaias propheta: Cogitauit apud semetipsum, supra nubes locabo solium meum, & altissimo similis ero.

Quæstio VII.
Cuius rei gratia permisit deus, ut bellum esset inter genus humanum, & inter diaa A 2 bolum;

bolum? Responsio. Vt ij qui Deum diligunt, manisesti sierent: & ut ij qui de licijs dediti sunt, redarguerentur. Vbi nance nullus est aduersarius, no manisestantur dextri Regis milites. Ergo diabolus uictoriæ causa est, & hoc quoce pacto cognoscitur ab ijs qui diligunt Deum.

Quæstio VIII.

Cum ex cœlo diabolus prolapsus sit, quomodo scriptum est in libro lob, quòdin gressi sint angeli Dei, ut starent in conspectu Domini, & diabolus in medio eorum;

Responsio. Non dicit scriptura, quòd in cœlis diabolus uenerit in mediñangelorum. Manisestú igitur est, quòd in terra. Etenim ubicunq sunt angeli, astat Deo. Verum sciendu est, que per sanctum alique angelu diabolo Deus est loquutus, que admodum etia reges per hominem aliquem intermediu, suu alloquuntur aduersarium. Questio IX.

Vnde potest declarari, quòd tempore mortis no una cum corpore moriatur anima quoche Sic enim quidam opinantur. Responsio. Verbu Christi & Dei no stri, clarissime nos docet, quòd corpus nostru mortale, & quòd immortalis sit anima nostra. Inquit enim Christus: Ne metuatis ab istis qui occidunt corpus, animam uerò no possunt occidere. Vnde constat quanima hominis immortalis sit, et à Deo existat.

Certus quidem est iste sermo, & quem omnibus modis recipiamus, sed quonam modo anima recedit à corpore? Responsio. Ex quatuor elementis credimus humanum corpus constitutu esse x sanguine uidelicet, phlegmate, humore & cholera. V tpote ex calido, frigido, humido & sicco: id est, exigne & aqua, aere & terra. Nam sanguis quidem, quia calet, ex aere est utiq. Atra uerò bilis, quia sicca est, costat quod sit ex terra. In elementis istis quatuor, uelut intra parietes, in domicilio corporis instar columbæ cuius dam conclusa est anima. In mortis igitur puncto recedentibus à se inuice quatuor elementis, dissoluuntur (ut ita dicam) quatuor parietes domicilis, & discedit quæ intus conclusa fuit, colüba, uidelicet anima. Ac primum quide calidu & uitale recedit elementum, unde mortua relinquutur corpora. Nam cholera quidem, phlegma & humorem etiam post mortem retinent, sanguinem uerò non habent.

Animæ quæ nos præuenientes, decedunt, inuisunt ne hanc uitam rursus, uel none Responsio. Nequaquam. Audi Dauid prophetā de hominibus defunctis dicentem: Homo sicut gramē dies eius, ueluti flos agri, sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransiuit per eum, & non erit amplius, & locum eius non amplius agnoscent. De animabus uero sanctorum non est dubitandum: nam & post mortem, & in iudicij die cognoscent omnia.

Quæstio XII.

Quomodo uidentur aliquoties Prophetæ uidisse Deume Responsio. Post omnes Prophetas, & post apparitionem & aduentū Christi, Ioannes Theologus inquit, Deum nemo uidit unquam. Et ut consirmaret, tanquam terribile ac peregrinū uerbum, subiunxit: Vnigenitus ille silius, qui est in sinu patris, hic enarrauit. Vnde & Apostolus Paulus de Deo loquitur, dices: Quem nemo hominum uidit, nequidere potest. Quamobrem nudā Dei essentiam nullibiuidit ullus, pro humana uerò insirmitate, Deus assumpta forma sua maiestate loge insirmiori Prophetis apparuit. Et in summa, ille qui erat incorporeus, sicut homo sæpius ipsis apparuit incarnatus. Vnde manifestò constat, quòd non essentiam, sed gloria Dei uiderint, queadmodum & de angelis & de nudis animabus sentiedum est. Sola uerò sancta Deipara uirgo nudam essentiam Gabrielis archangeli, ut est, contemplata est.

Quæstio XIII.

Nunquid ergo scire possumus, quare non permiserit Deus, animam alicuius eorum qui è uiuis decesserunt, ad nos redire, & enarrare qualisnam rerum apud inseros status, & qualis ibi sit necessitas: Responsio. Multi apud nos inde errores orirentur. Multi enim dæmones formas humanas induere, & in hominum demortuorum siguris transformari potuissent, ac dicere à mortuis sese resurrexisse, atque indemultas

de multas res ementitas, & falsa dogmata de is quæ ibi fiunt, spargere, idé ad seducendum nos & perdendum.

Quæstio XIIII. Quæ causa quòd adoramus ad mundi plagam Orientalem, & quare hoc faciunt Responsio. Non unu & par de his potest dari respon Iudæi uerlus Austrum: fum. Iudæis enim quibuldam respodendum, & quibusdam ex Græcis exponendum negotium, denic Christianis etiam quæ causam hanc cocernunt, declaranda ueniut. Atqui ludæis quidem respondemus, quod eam ob causam qui sideles sumus adoramus ad Orientem, quod spiritus sanctus per Dauidem prophetam præcepit qui dicit: Adoremus ad locu ubistetere pedes Domini. Quod si ludæus obisciat: Vbinam stetere Domini pedes: Zacharias propheta docet: Cum inquit, in Oriete pedes Domini stabunt, in monte Oliuarum eregione Hierusalem. Vnde & ludæi qui sunt Hie rosolymis adorantes, uersus Orientalem mundi plagam adorant, ad montem uidelicet Olivarum. Ethoc quidem breuiter ludæis responsum esto. Quod ad Græcos respondemus, quòd no ideo adoramus ad Orientem, quòd in ea parte mundi Deus aliquo modo circumscriptus habitet, sed quia Deus lux est uera diciturq: eam ob causam ad creatum istud lumen conversi, non illud quod creatum est lumen, sed eius luminis creatorem adoramus, & ex elemento omnium splendidissimo, omnium elementorum splendidissimum creatorem Deum ueneramur. Audiant uero fideles & discant, quòd sancti Apostoli Christianorum Ecclesias ideo iusserunt Orientem uersus suas fundere preces, ut ad Paradisum, unde cecideramus, respicientes, suppliciter à Deo petamus & à nostro Domino, ut in antiquam nos patriam & locum unde cecidimus, restituere uelit.

Quæstio x v.

Num igitur quia Christus uectus est insides asino, asinos honorifice uenerari debemus: Responsio. Non per asinum Christus diabola deuicit & dæmones,
nech in eo salutem operatus est, sed in cruce. Vnde asina quidem si uideat dæmones,
non horrent, nech metuunt: uidentes uerò cruce, terrentur, sugiunt & euanescunt.

Quæstio x v 1.

Quare credentes omnes ad Crucis imagine cruces sacimus, lanceæ uerò sanctæ, aut arundinis, aut spongiæ siguras nullas consicimus, cùm tamen hæc tam sint sancta quam ipsa cruxe Responsio. Figuram quidem crucis ex duobus lignis compin gentes consicimus, ut si quis insidelium id in nobis reprehendat, quòd ueneremur lignum, possimus duobus inter se distunctis lignis, & crucis dirempta forma, ea tanquam inutilia ligna reputare, & insideli persuadere, quòd non colamus lignum, sed quòd Crucis typum ueneremur: in lancea uerò aut spongia, uel arundine, nec sacere hoc nec ostendere possumus.

Quæstio XVII.

Quare uicesimo quinto die mensis Martii in utero uirginis clausus, habitare cœpit Christus & Deus noster, ueniens in terrame Responsio. Quia eodem die in mundi principio Deus creauit Adam. Hinc est quò din hoc ipso mense omnes arbores & herbæ, animalia item ad proferendu fructum, & ad liberos procreandos commouentur, tanquam à Deo hoc tempore creata sint.

Quæstio XVIII.

Nullo hominum adhuc dum mortuo, à quonam Cain mortem didicit, ut su interimeret fratrem. Responsio. Diabolus ipsum edocuit hoc, & submonstrauit quonam modo fratrem suum occideret.

Quæstio XIX.

Quinam erant filij dei, qui filias hominum uiderunt ac duxerunt eas sibi uxorest Responsio. Erant isti filij Seth. Nam incorporea natura Dei, corpora nec amat, neco mulieribus commiscetur.

Quæstio xx.

Quare in rubo Deus conspectus est Mosi, & non in aliqua planta alia:

Responsio. Respondent quidam, id ideo factum, ne ludæi ex lignis eius idoa A 3 lum

carne per eam conspiciar.

lum sibi facere possent. Ali uerò rationem hanc afferunt, quòd suturu esset, ut Christus germinaret ex nostra spinosa natura. Et eius rei gratia, in rubo apparuit Mosi.

Quastio XXI.

Quare legem in caligine dedit Deus: Responsio. Quia in ea obscure inser tum latebat mysterium dispensationis Christi Dei nostri.

Quare du tabul a legis primum confracta sunt: Responsio. Vt significaret Deus prioris legis transgressionem.

Qualtio XXIII. Cum Deus sit incorporeus & sine forma, qualía eius posteriora uidit Mosess Antesecula existetem, & opificem omnium creaturarum credimus Deum huius universi, & ipsum increatum. Vnde liquet, quod posteriora Dei, funt creaturæ, & res quas uidit & exposuit, dicens: In principio fecit Deus cœlum & Et hæc quidem multu ualens in diuina scriptura magnus Athanasius. Nos uerò qui ab ipso sumus illuminati, asserimus quòd etiam aliter posteriores partes Dei dicat scriptura. Non quod Deus habeat partes ante & à tergo, nam corporibus hæc sunt peculiaria, numen uerò incorporeum existit. Sed quia ubique posteriores partes anterioribus sunt humiliores: Diuinitatem intellige per anteriora. Et propterea dixit: Nequaquam uidere poterit homo meam faciem, & uiuet. Non enim est possibile corporalibus & materialibus oculis uidere incorpoream, & omni materia carentem essentiam Dei, & uiuere: Posteriores uerò partes Dei, carnem intellige, quam assumplit ex Virgine, & per quam cospectus est. Preciosum enim & excelsum in Deo, est divinitas quæ uideri non potest, & quæ etiam dicitur facies. Posterios

Quastio XXIII.

Quis primum præfigurauit duos istos populos, populum uidelicet Gentilem & Iudaicum: Responsio. Constat quòd Rebecca uxor Isaac, quæ gemellos peperit, Iacob & Esau. Quin etiam duæ tabulæ legis, duorum istorum populorum suere symbolum.

res uerò partes Dei, caro est, quæ quasi contempta, tergum uocatur, quòd etiam Des us Mosi ostendere uolens, dicit: Ostendam posteriora mea. Insirma nanque indutus

Quastio xxv.

Quisnam in ueteri Testamento primus exhibuit typum crucis uiuisicantise
Responsio. Iacob, cum benedicens fil soseph transponeret manus.

Quastio xxv.

Quî fit quòd quæ somniamus aliquoties euadunt uera: Responsio. Ex Deo sapenumero sit hoc, & sæpius etiam ex contingenti. Item quòd intelligentiæ particeps est anima, cognoscit quædam. Aliqua uerò interdum demones quo em monstran tes prædicunt per somnia.

Quaftio XXVII.

Quid igitur, nunquid præscius suturorum est diabolus, & dæmones sutura prædicere queux. Responsio. Præscius rerum, & cordiu cognitor solus est Deus. Nec enim uel angeli cordis abscondita uel sutura uidere possunt. Dæmones uerò ea quæ præmonstrare putantur, uersute indagantes, prædicunt. Vtpote sæpenumero tanquam spiritus uidentes imbres, qui adhuc sunt apud Indos, præuertunt & anticipant in Ægypto. Et per incantationes somnia magnam aliquando Nili sinundationem egregie persiciunt, & alia quædam eiusmodi operantur. Mentiuntur etiam aliquoties, id si cui deprehendere est animus, question e aliquam apud semetipsum præssupponat, ueluti: Quot nummi crastina mihi erunt exponendi. Aduocatum ad se incantatorem uel diuinatorem interroget de eo, quod apud se desiniuit, ibi deprehens det eum prorsus non scire quicquam.

Quare maior pars hominum noctu nascitur, & noctu moritur. Respon. Id ideo sieri uidetur, ut ex hoc hypodigmate discamus, quòd obscura sit præsentis uitæ & natiuitas

& natiuitas & mors: ingressus nimirum in hanc uitam & exitus.

Quaftio XXIX.

Quale signum tenere debet homo, ne seducatur & recipiat Antichristum, putăs uidelicet ipsum esse Deum. Responsio. Hoc ipsum quod Dominus tradidit nobis, dicens: Quòd quemadmodum sulgur exit ab Orientali plaga mundi, & in Oc cidentem usque lucet, sic etiam filis hominis secundus erit aduentus. Docemur inde, quòd omnis Christi sese nomine uenditans, si non ueniat ex improuiso, nec in toto mundo conspicuus, sed reperiatur in una tantum regione uel ciuitate, quòd talis sine dubio sit Antichristus. In secundo nança aduentu Christi, omne genus humanu congregabitur, & manebit inter ipsos Christus, & conspicietur ab omnibus.

Qualtio XXX.

Asserunt quidam, possibile no fore, ut Antichristus exuscitet à mortuis homine, etiam si reliqua faciatomnia. Responsio. Quod Apostolus de Antichristo di cit, eum sese exhibiturum in omnibus signis & uirtutibus medacis, liquet, quòd etiam mortuum à se excitatum ostentabit, id autem non uerè, sed tantum in phantasia.

Quæstio XXXI.

Si sanctus aliquis uir immiserit disciplinam, aut cruciatum, aut demone, uel mortem, aut aliquam aliam castigationem, in domum aut in alicuius liberos, potest'ne ile homo exorare Deum, & effugere hanc supplicij sententiam quam tulit seruus deie

Responsio. Si sanctus sit ille uir qui hominibus cruciatum immisit, constat con silium illud à Deo profectum esse. Quisnam autem est, qui consilium Dei uelit irritu facere: Ne ipsi quidem angeli inter sese unquam digladiantur, cognoscentes mutuæ disectionis spiritualis uinculum. Nec exaudiretur quidem, etiamsi per deprecationem suam alterius sancti preces aliquis irritas reddere uellet. Non enim conueniens est, ut famulorum suorum Deus alium assignat, alium uerò soueat. Vnde Corinthium issum scortatorem, puniuit Apostolus. Et in Testamento ueteri, cœlum clausit Helias pro siccitate, & idem aperuit rursus. Atque hæc quidem ita permittente Deo, septem milia sanctorum sustinuere, qui genu non slexerant idolo Baal. Præterea cùm sob ab amicis esse asse este asse contumelia, secit Deus, ut ipse culpam illis condonaret, di cens: Abite ad seruum meum lob, & orabit pro uobis. Ergo, Quemadmodum apud sanctos angelos, alius contra alium nihil committit, sic etiam de sanctis hominibus est sentiendum.

Quaftio xxxii.

Quomodo incantatores quidam eficiunt ex hominibus dæmonia: Respon. Cum in Euangelio Christus dicat: Si Satanam eficit Satanas, regnum eius no stabit, manifestum sit, quòd incantator non eficit dæmonem, sed Satan ex obsesso homi ne cedens, uoluntarie recedit, ad decipiendum homines, & ad Deum ne currant, persuadet ipsis, ut ad incantatores currant & ad magos.

Quæstio XXXIII.
Quonam modo temporibus mortiseris moriuntur quidam, sie ut quasdam uide-

antuiliones, & post horas duas uel tres resurgant, quædam referentes?

2)

Responsio. In istis anima tum nondum penitus à corpore digressa est, sed in quodam sunt excessu, & à nobis expirasse putantur; que uerò uisuntur ab ipsis & nar rantur, ad nostram utilitatem, ea Deus per illos administrat.

Quæstio XXXIIII.

Quomodo corpus suum agnoscit anima in resurrectione, ut non ingrediatur in corpus aliquod alienum? Responsio. Est hoc naturæ consentaneum. Quemadmodum enim agni à matribus uespere separati, & mane rursus admissi, rectà singu li ad matrem suam sua natura trahuntur. Sic etiam cum animabus in resurrectione suturum esse sentiendum est.

Quastio xxxv.

Christum consitentibus Christianis, sudæis uerò etiam ipsum uenisse in dubitre uocantibus, dicentibus ép, ipsum adhuc uenturti esse, Vnde persuadere possumus ipsis, quòd & Deus sit Christus, & quòd uenerit, denice quòd non sit seductor, sicut ipsi

existimant, sed uerax? Responsio. Quòd Christus Deus & dominus sit, audiae mus prophetam Dauidem dicentem: dominus Deus, & apparuit nobis. Item, Inclinauit cœlum, & descedit. Et rursus: qui sedet supra Cherubim, apparuit. Habacucaŭt inquit, Deus à Thæmam ueniet. Et Hieremias: Hic Deus noster, non reputabis alius erga illum: Omnem scientiarum uiam scrutatus est, & dedit eam Iacob seruo suo. Postea uisus est in terra, et cum hominibus conuersatus est. Vides igitur quàm maniseste Prophetæ Christum dicant esse Deum.

DICTA ET INTERPRETATIONES PARAbolarum Euangelij.

Quaftio XXXVI.

Abeuntes in ciuitate que sita uobis est e regione, hominem inuenietis, testaceum uas aquæ portante. Quæ'nam ciuitas est ecclesia. Quod aque testaceum uas Sancia baptisma. Quis ille homos Præcursor. Quod cænaculum Regnum cælorum.

Quæstio XXXVII.

Matth.18. Simile factu est regnum cœlorum homini regi, qui cum seruis rationem subducere uoluit. Quis est ille rex? Deus. Quis debitor dece mille talentorum, Homo qui multis peccatis immersus, diuinæ tamen est longanimitatis particeps. Quis centum denariorum debitor. Subditus seruus eius qui talentorum decem debebat millia, qui & ipse quidem Deilonganimitatem cosequutus, crudelis tamen ac durus erga conferuum suum uisus est.

Quæstio XXXVIII.

Matth.21. Homo quidā duos habebat silios, qui dixit ad alterum illorum: Vade in uineam.
Qui respodit, Non ibo: et abijt. Et accedens ad alterū dixit similiter: qui respodit, Ego ibo, & non abijt. Quis ille homo: Deus. Quis ille qui dixit, Ibo & non abijt: Iudæi.
Quis ille qui dixit: Non ibo, & tamen abijt: populus qui est ex gentibus.

Quæstio XXXIX.

Hominis cuiusdam diuitis ager uberes fructus tulit, &c. Quis ille homo: sudas: & qui sicut ipse, auari sunt & amantes pecuniæ.

Quæstio XL.

Abite in castellum quod contra uos est, & inuenietis asinam alligata & pullum.

Quod est castellum: Hic Mundus. Asinus uerò, ludæi. Pullus, Christiani. Qui ligavit,

Mosaica lex. Qui soluit, Christus. Pullus enim est ethnicorum inscitia & ignorantia.

Quæstio XLI.

Quæltio XLI.

Matth.26. Abeuntes in vicum qui contra vos est ad quendam, dicetis ei: Magister dicit, Apud te facio Pascha cum discipulis meis. Que ista civitas: Insernus. Quis ille quidam: Adam. A mortuis enim ipsum excitaturus erat.

Quæstio XLII.

Matth.3. Iam uerò & securis ad arborum radicem est posita. Radix est sides. Arbor uerò est homo, & securis est sinis hominis.

Quæstio XLIII.

Matth.7. Homo quidam, domum suam ædissicauit super petram. Quis ille homo: Sanctus Petrus. Petra, Christus. Domus, sides. Ventus, diabolus est. Qui uerò super arena ædi sicauit, sudas est. Arena siquidem est sterilis.

Quæstio XLIII.

Matth.22. Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui nuptias apparauit silio suo.
Quis ille rext Deus. Quis silius Christus. Quinam illi sunt qui erant uocatif Prophetæ & Apostoli. Qui illi qui denegabant sudæi. Qui uerò ueniebant Hi qui erant ex gentibus. Quis erat qui non habebat nuptialem uestem sudas, & qui, que admodum ipse, in sancta ministeria sese indigne ingerunt.

QVAESTIONES

te. Quod mare illud este Mundus. Hamus, uerbum Dei. Piscis, Christus. Stater, crux Domini, in qua & ipse crucifigendus erat & Petrus.

Quæstio x L V I.

Homo quida duos habebat silios, & dixit minor natu ad patre su : Pater, da mihi Luce 15.

partem substatie meæ. Quis ille homo: Deus. Duo sili, justi & peccatores. Filius minor natu, qui mente est instabili. Pars illu cocernens, sunt eloquia & mandata Dei.

Quæstio XLVII.

Homo quidam clarus genere profectus est in terram longinquam adaccipiedum Luc.19.
regnum. Homo ille, Deus est: Longinqua regio, est aduentus eius in terra. Regnu,
secundus eius aduentus. Serui, sunt Prophere, Apostoli, & Martyres. Mina autem, est
gratia quam acceperat ludas: similiter etiam talentum.

Quæstio xtviii.

Homo quidam plantauituineam, & sepem ei circundedit. Homo ille, est Deus. Vi Matth. 21.
nea, mundus. Torcular, est baptismus. Turris, sides. Agricolæ, sunt ludæi. Serui, Prophetæ, Apostoli & Martyres. Hos misit ut prædicarent, & occiderunt eos, similiter eztiam unigenitum silium, qui est uerbū Dei: & ablatum ab ipsis est regnum, & datum est Romanis, qui facerent fructus eius. Ipsi uerò mali, male perierūt, propter ipsorum incredulitatem & duritiem cordis.

Quæstio XLIX.

Exiuit qui seminabat ad seminandu semen suum. Seme, est uerbum Dei. Quod in Matth. 13. spinas cecidit, sudas, qui abiens semetipsum suffocauit, & uolucres cœli deuorarunt eum. Semen uerò quod cecidit in terram bonam, Prophetæ sunt & Apostoli.

Quæstio L.

Homo quidam à Hierusalem descedit Hiericho, & incidit in latrones. Homo ille, Luc. 10.
est Ada. Hierusalem, paradisus. Hiericho, inundus. Latrones, sunt male cogitationes, & transgressio. Sacerdos, Prophetæ, Leuites, Mosaica lex. Samaritanus, est Christus.
Oleum & uinu, preciosum corpus et sanguis, & sanctu baptisma. Diversorium aŭt est ecclesia. Et hospes, sanctus Paulus. Duo denarij sunt uetus & nouu Testamentum.

Quæstio Li.

Homo quidam diluculò egressus est ad conducendum operarios. Homo ille, est Matth. 20. Deus. Vinea, mundus est. Operarii, sunt Apostoli. Circa uerò undecima horam uenientes, Mathias est, qui cum reliquis undecim Apostolis connumeratus est.

Quæstio LII.

Mulier quadam drachmam habebat, quam perdidit. Mulier est ecclesia. Drach- Lue.15.

Quæstio 1111.
Simile sactum est regnum coelorum thesauro qui absconditur in agro. Quis ille Matth. 13.
thesaurus e Christus. Qui sunt illi qui emerunte soseph & Nicodemus, maxime uerò sancta mater Deipara uirgo.

Quæstio LIIII.
Simile sactu est regnu cœloru fermeto, quod acceptu mulier abscodit in farine tria bidem sata. Quod illud sermentum: Fides. Farinæ tria sata, triduana Seruatoris resurrectio.

Quæstio Lv.

Quare Baptista uocat Iudæos progeniem uiperarum? Responsio. Quia illa bestia suæ matris uentrem exedit, & sic demum egreditur, qualia etiam isti parricidæ patrauerunt, suos intersicientes doctores & Prophetas, inuidia commoti. Lapidârunt enim Mosen, Esaiam uerò prophetam cum lignea serra in duas partes diuiserut ipsum dissecantes.

Quan'nam ob causam cum traditus esset soannes, secessit lesus in Galilæam;
Responsio. Vt nos doceret sugiendas esse tentationes. Quòd si in eas inciderimus, ut strenue nos & fortiter geramus.

Qualtio LVII.
Quid peccauitsicus quòd eam Christus aresecit; Quonam id proposito secit, & quomodo;

& quomodo? Responsio. Quoniam dominus passurus iam erat, ne existimae rent eius discipuli ipsum non omnipotentem esse, sed insirmum, ideo pateretur: in hac inanimata re, suam declarauit potentiam ut ostenderet, quòd omnes aduersarios suos ariditate percutere posset. Sed, que admodum dixitipse, quia non uenit ad condemnandum mundum, quin potius ad seruandum, suam quidem potentiam inanima ta sicu declarat, suum autem erga homines amorem, immensa patietia erga homines exercet. Dicitur uerò peccatum quoq, sicus, quam execratus est & ariditate percussit dominus noster Christus. Est etiam hac huius reiratio. Quia post transgressione Adam accepit folia sicus, quibus obtexit sua turpitudinis peccatu, cum destrueret transgressionis peccatum, & consigeret deleret sin cruce, arefecit operculum peccati, id est, folia sicus, quibus Adam tegebatur post transgressionem.

Questio LVIII.

Quid est quod Christus dicit: Quinc uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir? Respon. Hæc mulier uiros iuxta Samaritarum legem habuit, mortui qui iam erat, postea uerò scortabatur: nemo siquidem cum ea, ut cum uxore legitima uolebat cohabitare. Illa uerò concupiscentiam suam, cum resrenare non posser, clàm apud se habuit, cum quo consuetudinem habebat, & non erat hic manifestus autlegi

timus maritus: sed eum uirum secum habebat occulte.

Quastio LIX.

Qui'nam sunt illi ueri adoratores, qui nec in hoc mote, nec Hierosolymis, sed in spi ritu adorant Deum & in ueritate? Responsio. Isti sunt qui in desertis montibus, & qui in speluncis & cauernis terræ habitant, qui citra congregationem ecclesiæ per opera bona Dei spiritu illuminati, in spiritu & ueritate adorant Deum & patrem nostrum qui est in cœlis. Qui irreprehensibiliter uiuunt, & Deū religiose simul & reuerenter adorantes omni pietate & honestate uirtutū relucent, nec opus habent ecclesia, aut loco huic rei destinato, sed ipsi semetipsos templa facientes, quouis loco bonis operibus & ubica Deum placant, denica indesinenter ei cum hilaritate omnibus diebus uitæ suæ seruiunt.

Quastio Lx.

Quid est quod inquit: Si duo uestrûm unanimes couenerint super terram de quacunce re petierint, dabitur eis: Responsio. Hoc est, de quacunce re couenerit ani mæ cum corpore, de pio nimirum & serio negocio, ibi Deus erit in medio eorum, sicut cum Helia in mote, & in souea cum Daniele egit, ipsorum adimplens petitiones. Quæstio LXI.

Quid illud qd dicit, esto beneuolus cũ aduersario tuo, dũ adhuc es in uia cum illos Responsio. Aduersarius anima corpus est, hac enim sibi aduersantur inuicem, que admodum inquit Paulus: Castigamus eũ, & in seruitute redigimus corpus per ieiunia, uigilias, & per alias assistictiones: idé spotanei facimus & libere, ne amplius con tra anima per cocupiscentias ignominiosas insurgat. Via dicit uana hanc & fallacem uitam. Nam à corpore postes anima separata, et ex hac uita uia fuerit egressa, no am plius potest operari bonu. Quadrans aut dicitur etia quod reliquu est, & quasi neglectu in animi cogitationib. Dicit uerò etia conscientia, aduersarius: na occulte nos in corde nostro redarguit, coercet à malo, & si simus inobedietes, tade nos ad Dei tribu nal sistit, ubi & pænas dabimus tum enormiu peccatoru, tum etia leuiu et minimoru. Quastio LXII.

Quæ'nam est ista parabola: Simile factum est regnum cœlorum grano sinapis: Responsio. Propter humanam suam natura hoc dicit: Diues enim cum esset, humiliauit semetipsum uses ad mortem, mortem uerò crucis. Magnam autem et folijs lu xuriantem arborem dicit propter diuinitatem. Volucres autem cœli in ramis eius in sidentes, Prophetas, Apostolos & Euangelistas intelligit.

Quæstio LXIII.

Quid illud quod lex habet: No facietis Sisoen ex coma capitis uestric. Responsio. Sisoen quidam aliter interpretati sunt, ego sic sentio: Prohiberi hac lege capillorum tonsuram. Consueuere nanque Græci infantum quoq uertices tondere: & lanuginem

nuginem abradere, eam & postmodum dæmonibus dedicare?

Quæstio LXIIII.

西山

梅

100 100

u

NO.

tio

Quare flauit in discipulos suos Christus, dicens: Accipite Spiritum sanctum? Quemadmodum super cæco fecit lutum, & eius oculis illiniuit; Responsio. ut oftenderet, quod ipfe sit qui ab initio formauit hominem ex luto: Ad eundem moa dum flauit etiam in discipulos, declarans se esse qui spiritum det & uitam hominibus, per primitiuam illam inspirationem quæ in Adam est, inspirauit. Quod autem inquit: Accipite Spiritum sanctum. Dedit ipsis per istam inspirationem, potestate & donum peccata remittendi. His baptilmi & lignoru accellit efficacia, quam dedit in festo Pen tecostes. Ideo inquit: Vos baptizabimini Spiritu sancto, & accipietis uirtute superue nientis in uos Spiritus sancti. Nam ante passionem eius, Apostoli non sanabant ægro tos per Spiritum sanctum, sed per potestatem & mandatum sibi à Christo traditum. Nondum enim erat Spiritus sanctus, nec enim adhuc tum Christus fuerat glorificatus. A mortuis uerò resurgens, glorificatus est. Spiritu autem sanctum uocat, non san-Cti Spiritus hypostalin, uel personam: hæc enim erat ante, & est erit femper, sed Spi ritus sancti donum, quod ascessionis decimo, resurrectionis uero quinquagesimo die uenit super discipulos Christi, LXV.

Quæstio LXV.

Quis est ille iudex iniquitatis, qui neque Deum timebat, nec hominem reuerebature. Responsio. Deus. Nec enim uel Deum habet quem timeat, uel hominem quem reuereatur. Erat autem in ea ciuitate uidua quædam. Quæ illa uidua est ani ma cuiuse hominis, quæ diabolum aliquando maritum habuit, quo repudiato, Christum ex animo complectitur, uidua est, orans nocte die quidicem deprecatur, & lugens dicit: Vindica me de aduersario meo.

Quæstio LXVI.

Quis autem est aduersarius? Responsio. Diabolus, qui tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret. Quid autem dicitiudex? Etiamsi non timeam Deum, nec hominem reuerear, uindicabo tamen eam, ne uenies me sugillet. Et insert Dominus, dicens: Audite quid dicat iudex iniquitatis Deus, iniquos enim iudicat & condemnat. Iusto nang lex non est posita.

Quæstio LXVII.

Quomodo illud intelligedum est: Qui pallium habet, uendat, & emat gladium? Responsio. Hoc ideo dixit Dominus, ut Apostolis proditionem sibi intentatam notam faceret, & aduentum ludæorum. Ergo illud nec omninò subticuit, ne à ludæis turmatim aduentantibus terrerentur, nec etiam penitus illis indicauit omnia, ne tenerentur aliquo metu.

Quantio LXVIII.

Quomodo qui amat animam suam, perdet eam? Responsio. Hic quidem, qui suam animam amat, est, qui absurdas concupiscentias suas perpetrat. Qui ue rò odit eam, est, qui non obedit, nec locum dat, si, qua nocere possunt, subeat. Qui ergo animam suam uult perdere, est, qui imminetia pericula, afflictiones & tentationes essugere cupit. Sicutigitur in periculis pro se perire salutem uocauit, sic eam inueniet in aterna uita.

Quæstio LXIX.

Quid'nam est illud: Si oculus tuus dexter, aut dextera tua manus ossendit te, erue uel abscinde, & proijce abster Respon. Non de membris corporis hoc dixit Dominus, absit: sed de amicis & cognatis, membra nanç sumus inuicem. Si igitur, inquit, habes amicum aut cognatum, cuius tanta tibi sit necessitas, quanta uel dextri tui oculi uel manus: iuxta dictum lob: Oculus eram cæcorum, & pes claudorum: si uideris ab ipso damnum inferri animæ tuæ, abscinde eum, nulla nanç suci societas cum te nebris. Idc faciendum maxime, si quid simulent, uel fraudulenter agant.

Quæstio LXX.
Ficum arborem habebat quidam in uinea sua, qui uenit querens in ea fructum, & D. Chrysoft.

non inuenit. Ficum scriptura uocare solet peccatis immersam animam. Vineam uerò sidelium, ecclesiam. Vinitores aŭt, angelos. Quando igitur in ecclesia multa siŭt opera, quæ ex side non sunt, non uinea uocatur, sed sicus. Quapropter à tenera quide ata te, ut par est, in ea per baptismum plantati, in senectute uerò ad hūc modū immutati, meritò Deus quantūuis longanimis, dicit ad uinitorem uel angelū ecclesiæ: Eccetribus iam annis uenio fructum quærens in ista sicu, nec tamen inuenio. Excinde eam, nam quare uel terram inutiliter operirete sille uerò respondet: Domine, sine illam ada huc hoc tantum anno, donec souea circum eam sacta, misero stercus. Tres igitur sunt anni hominum, in quibus uenit Deus quærens fructum quæ sunt hominis tres ætates, utpote quòd pueri primum, deinde iuuenes, postremò sumus senes. Multi enim insenectute demum resipuere, qui per assistiones sossi, er tentationes recepto stercore, fructiferi sacti, protulere uirtutem.

Quaftio LXXI.

D.Cyrillus.

Quare ecclesia hoc nomine uo catur, & quare dicitur catholica: Ecclesia quidem dicitur, propterea quod euo catur omnes: Catholica uerò, propterea quòd per totum mundum dissusa sit.

Quaftio LXXII.

Vnde dicitur hærelis: Responsio. Ab eo, si quis eligat & exequatur senten tiam suam privatam & propriam.

Propositio LXXIII.

Orate ne suga uestra siat in hyeme, uel in sabbato. Explicatio. Notandum quòd hyemem Deus non secit: Scriptum est enim: Æstatem & uer tu creasti. Fugere uerò dicit, animæ separationem à corpore. Hyemem autem peccata uocat, & Sabbatum securitatem. Dicités: Væ animæ in peccato, securitate uel socordia, & negligentia constitutæ.

Alia LXXIIII.

Lapidem quem reprobarunt ædificantes. Explicatio. Lapis ille Christus est, quem Scribæ, Pharisæi & seniores ludaici populi, reprobarunt, & sactus est caput ecclesiæ gentium. Id quod propter unionem & consensum sidei, qui est inter gentes, dicitur. Quia nang posteri cùm gentilium, tum etiam ludæorum crediderüt in Christum, anguli similitudinem refert Christus, qui illorum posteros copulauit in side. Dicitur uerò etiam alio modo Christus lapis angularis. Siquidem quando construitur domus aliqua, ponunt ædificantes in angulo muri lapidem aliquem summu angularem, qui angulum in summitate contineat. Talis uerò lapis in summo loco muri constitutus, copulat & continet duos parietes. Hoc igitur modo Christus quo qui summus lapis angularis dicitur, quò din unum copulat duos istos populos: ludæos uidelicet & Gentes, atcp eam ob causam angularis lapis dictus est.

* Hic desunt quædam.

Quæstio

Quidnam est illud: Et inclinato capite tradidit spiritum? Nam omnes moribundi, moriuntur primum, & tum demum inclinant capita. Responsio. Quoniam omnes scripturas Christus adimpleuit, Incarnatione, Nativitatem, tinctione in aqua, signorum declaratione, efficacem do ctrine demonstrationem, familiarem cohabitationem discipuloru. Humana denica omnia: Passionem, cruce, illusiones, uulnera clauorum. Istis, inquam, omnibus impletis, qua pati debuerat, sola mors restabat adhuc.

LXXV.

Ator hæc quidē sibi metuens, appropinquare no audebat, ideo Christus inclinato ca pite uo caust ipsam. Nam antequa caput inclinasset, uerebatur propius accedere. Ideo inquit Euangelistes: Et inclinato capite, tradidit spiritum.

Quæstio LXXVI.

Quare magna uoce clamauit Christus in cruce: Responsio. Vtsuam decla raret potentiam, deterreret ludgos, & ad sidem adduceret. Hæc enim uox petras disci dit, uelum templi disrupit, terram mouit, & apertis mortuorum sepulchris: mortuos excitauit. Ac ne sic quidem intellexerunt insensati ludæi.

Quaftio

Quaftio LXXVII.

Quomodo uidit Maria Dominum! Flens enim in monumento stabat coram angelis, tristi uultu & aspectu demisso. Quomodo igitur uidit eum, qui à tergo ueniebat obambulans! Respon. Sichabet. Cùm angeli sederet Mariæ ex aduerso, uide renté Christi ei à tergo imminente, illa quide non respiciebat, angeli uerò sedentes è regione, uiderunt Christi à tergo ueniente, qui statim surrexerunt. Videns uerò mulier angelos surrexisse, animo perculsa respexitad uidendu, quid angeli cernerent, & uidit uenientem lesum. Hæc est causa quòd Maria, retrò conuersa, uidit Dominum.

Quæstio LXXVIII.

LXXVIII. Quare cum discipulis suis post resurrectione suam Christus edere uoluit, nec alia pars est inueta, quam assi piscis, & de apiario fauo ? Relponlio. de fauo apiario, falem interpretati funt, quæ uerba futilium nugonū funt fabulæ. Nam fauus & assus piscis eiusmodi sunt, qualia dicit scriptura. Habet autem admirandam interpretationem, & profundam atqualde remotam peruestigationem, sensus istius lectionis. Est autem hic: Piscis similitudine habet asperæ conversationis eorum qui bonis operibus sese exercent, qui ieiunis, uigilis, & alis castigationibus carnem domant, qui seipsos mundo & uoluptatib. crucifixerunt, & qui humiditati uitæ uolupta tibus & renunciarut, ariditate seipsos domantes, disciplinæ uiam ingrediuntur, quemadmodum præcepit Christus: Qui uult animā suam seruare, perdet eam: ieiunijs utica, uigilijs & alijs afflictionibus. Quomodo uero piscis assimiletur disciplinæ studio, uel afflictionibus, nunc attende. Pisci similis est homo. Nam sicut piscis dum adhuc est in mari, sufficientem habet humiditate, & in luto vivit suum adhuc sanguinem habens: quando uerò captus ex aqua uenerit, moritur, ad ignem uerò politus affatur & arefit, perdités suam omnem humiditate, sanguinem et immunditia. Atqui talis etiam est ho mo, dum adhuc in medio uitæ suæ curriculo affectibus indulgens, uiuit in uoluptatibus & immoderatis concupiscentis. Quando uerò relicto mundo, asperioris uitæ in deserto exercitiu subierit, à sancti spiritus igne calefactus, à suis affectib. arescit, & ab omni repurgatur immuditia, atcp per uirtutes accepta Deo fit hostia. Nam sicut piscis ad carbones assatus, sit comodus & utilis cibus : sic homo per calorem Spiritus sancti repurgatus, grata fit hostia Domino. Nuc quod ad fauum apiarium attinet, talem habet interpretationem. Quærendum itaq, quomodo non fuerit mel sine fauo. Est quidem fauus sine melle, & aliquando mel est sine fauo, hic uerò repertum est utrunque. Quo uerò pacto, audi: Mel quidem, propter sanctispiritus dulcedinem, quam super Apostolos & omnes sideles esfusurus erat: Fauum uerò habuit, propter signaculum, quo per baptismum omnes sideles obsignauit. Etenim thesaurus mellis, quato magis munitus est à fauo, tanto est tutior. Consimili modo & gratiæ divinæ tanto sunt tutio res divitiæ in homine, qui baptismi signaculum & signum crucis, deniq sidem quoq, quæ est in Christum, habet.

ČŠ,

EE.

in

DE GLORIA CHRISTI.

Sciendum uerò q Dominus noster & Deus lesus Christus, post suam qua ex spiritu sancto & ex Maria perpetua uirgine sumplit, incarnationem, post humanam formam, totamq post assumpta humanam, sine tamen peccato & insirmitate, naturam, post tanta edidisse miracula, esset crucisixus, & tertia die resurrexisset secundum scripturas: postmodu assumptus est, & consedit ad dextram Dei: Dexteram uerò Dei cum audis, ne locos uel siguraru positiones circuscribe. Dextrum etenim et sinistrum, sunt sinitoru qua describi possunt: Deus aute increatus est, & infinitus: cui nulla ascribi forma, & qui nec ipse circuscribi queat. Dexteram uerò Dei quando audieris, maie statem Dei & gloriam intellige. Et Dei quidem filius & Deus: sicuti dictum est. Post adimpletam totam dispensatione, tandem assumptus est. Spiritus uerò sanctus in sancto sesto Pentecostes super sanctos Apostolos ueniens, & super omnem carnem essus sunon est rursus assumptus, sed in generationes & generationes transit in omnes, & sicuti quemlibet hominum inuenit, habitat super eum pro conuenientia cuius & pur ritate, multum in anima superans dulcedinem mellis.

†Hic quædam desiderantur.

QVAESTIONES EX VETE

RI TESTAMENTO.

Quaftio LXXIX.

Vid'nam est quod dicitur: Terra autem erat inuisibilis, & incondita :
Responsio. Quia nondum erat uigor quo exornaretur. Insusa nance super terram aqua, uideri non poterat, inuisibilis uidelicet & latens. Incondita uerò nec
adhuc dum exornata, quia incomposita & nondum perfecta. Nullus enimilli adhuc
uigor erat, nulli slores uel prata, nece planta uel germen aliquod.

Qualis erat ille spiritus, qui serebatur super aquas? Responsio. Videtur quidem quibusdam, quòd spiritus ille, sanctus sit Spiritus, uiussicans aquarum naturam. Ego uerò haud absurde per illud uerbum, Ferebatur, dico significari motiuam aeris essentiam: etiam iuxta Dauid de Deo huius universi dicentem: Flabit spiritus eius & sluent aqua.

Quartio LXXXI.

Quare cum unam congregationem aquarum dixisset, postmodum multas uocauit : Inquit enim : Congregata est aqua quæ sub cœlo erat in congregationes suas.

Responsio. Vna est aquaru natura & congregatio. Pluraliter uerò collectiones uocauit, eo quòd aliud quidem est Indicum pelagus, aliud uerò Ponticu, & aliud Atlanticu, aliud Propotis, & Ægæum est aliud, & aliud Iouius sinus. Extra uerò, terra alluit maximu pelagus, quod Oceanum uocat. Eam ob causam, aquam quidem ut est congregata, collectionem: ut autem ab alia separata est alia, collectiones uocauit.

Quale lumen separabat diem & noctem, antequam sol creatus esset : Namsol & reliqua luminaria postea demum sunt sacta. Quomodo ergo illud intelligendum: Et suit uespera & mane dies, quum sol nondum esset : Responsio. Fiat lux, dixit Deus, & sacta est. Illa igitur erat, quæ distinguebat diem ac nocte. Et dixit Deus. Fiat lux, & sacta est. Lux illa non est sol. Qualis uerò lux sit, audi: Est hæc lux illa matutina quæ exoritur diluculò, & mundum illustrat antequa sol oriatur. Nec est ut aliquis putet, quò d Solis hic splendor sit, qui Solem præueniens statim lucet & mundum illustrat, sed hoc illud ipsum est quod dicit scriptura: Et dixit Deus: Fiat lux, & sacta est lux. Hæc lux magna & splendidissima quum esset, divisit eam Deus in luminaria illa, solem & lunam, & reliqua.

Quæstio LXXXIII.

Quid est quod inquit, Sint in signa & stata tepora, & dies, & annos: Responsigna uocat cognoscere sementis faciendæ, messis, & uindemiæ opportunitate, quo tempore plantandum, & signa quando cædenda. Nam quiuis temporis articulus peculiare habet opus. Quoduis temporis spatium suas habet opportunitates, quibus peculiare aliquod opus exerceri debet.

Quæstio LXXXIII.

Quare plantas quidem ante luminaria creauit Deus, animalia uerò post?

Responsio. Propterea quò d plantæ sunt inanimatæ, & non habent oculos, sunté ante luminaria creatæ. Splendorem enim lucis portabant, post luminaria uerò tandem animalia creata sunt. Nam lucem illam magnam quam Deus secerat, in luminaria divisit: quæ lux hinc inde dispersa, aliquatenus est imminuta: quod nisi factum suisset, non potuissent animalia sustinere magnum iubar & splendorem tanti ignis. Atq huius quidem rei gratia post solem & lunam sunt animalia creata, ut illius ignis splendorem perferre possent.

Quæstio LXXXV.

Quare Deus cum ex terra sinxisset homine, non etiam sinxis Euam, sed eam sors maust ex eius costae Respon. Ne haberent occasionem dicendi, aliud esse lutum Adæ, & aliud Euæ: & lutum Adæ præstatius esse, quod ex hoc boni & probi homines ex

QVAESTIONES.

nes, ex Eua uerò sint mali, peruersi & praui: Ideo fecit eos Deus ex eodem luto terræ.

Quaftio LXXXVI.

Cum præstantior & mirabilior factura Dei sit homo (regem eum ipsum super ter ram secit, & secundum imaginem similitudinem quam creauit ipsum) cur omnium postremum creauit eum Deus ? Respon. Quemadmodum rex quando in aliquam urbem aduenturus dicitur: Primim omnem eius apparatum instruunt, parantes dona quæ conserant, & totum satellitium & hospitium, ac tum demum aduenit rex: Adeundem modum cum homine quoque sactum est. Primò habitaculum ei procurauit Deus, secitos sedem habitationis, ac de omnibus necessaris ei prospexit, postea ipsum creauit.

Quaftio LXXXVII.

in the

U

H

i

16

山

da

Quid illud est: Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostrame Quid est, secundum imaginem: Et quid illud, iuxta similitudineme Respon.
Non est Deus, sicuti sunt homines, humanam habens siguram, Absit. Sed quod dicit,
secundum imaginem: hoc est, Sicut in toto mundo Deus rex est & Imperator, & pote
statem exercet in omnia, & quæ in cœlo sunt & quæ in terra: Sic etiä homo princeps
rex constitutus est super omnes res terrestres, qui libera sua uoluntate facit quod
uult, sicut ipse Deus. Et hoc est quod dicitur, secundum imaginem. Quod uerò iuxta
similitudine dicitur, est illa bonitas & iustitia. Sicut enim Deus bonus est, benesicus,
misericors, iustus, longanimis, mansuetus, & qui nos amat, & condolet, pacificus, &
placidus, qui nostri miseretur, & alit omnes homines, atq; hanc bonitatem omnibus
exhibet. Ad eundem modum fecit & formauit, & talem uult esse hominem, ut omnibus uirtutibus exornatus sit, & imitetur Deum, quantum quidem humanarum est uirium, in omni bono opere & honestate.

Quaftio LXXXVIII.

Ad quam dixit Deus, faciamus hominem secundum imaginem, & iuxta similitu dinem nostrame Responsio. Infames quida hæretici hoc ad angelos & ad ma los dæmones dictum esse cotenderunt. Vbi delirant illi stupidi, nec intelligunt, quòd non dixit secundum imagines nostras, sed secudum imaginem nostram. Dei enim & angelorum ac dæmonum, nece essentia nec imago est eadem. Ego autem dico: Quòd præuidens unigeniti filis incarnationem & humanæ naturæ assumptionem, quam ex Virgine naturam assumpturus esset, cùm sic unam & eandem Dei & hominis personam, ac unam & eandem sibi adorationem ab omni creatura oblatum iri intelligeret: ad ipsum unigenitum filium hunc dixit sermonem.

Quaftio LXXXIX.

Vtra est principi & primas habet, nox uel dies? Respon. A primitiua quidem mundi creatione, ab eo tempore uidelicet quo factus est Adam usc ad aduentu Christi, prior fuit dies, sicut etiam diuina scriptura loquitur, quod dixerit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & quod lucem Deus uocauerit diem, tenebras uerò uocauerit nochem. Primū polita fuit lux:per hāc enim extitit primus dies. Et à luce primū inchoan tes, in tenebras postea deuenimus. A recta nancquia ad idola aberrates, in tenebras er rorum delati sumus. A Christi uerò aduentu incipit rursus & diem præcedit nox. Ideo à uespera incipientes, soleniter celebramus dies sequentes. Id quomodo factum sit, au dies. Quandoquide primò à luce defecimus ad tenebras, ab initio quide fuit lux, tene bræ uerò sunt insequute. Ex eo uerò tepore quo sol iustitiæ Christus deus noster mun do exortus est, & ex tenebris errorum ad lucem cognitionis Dei nos reduxit, à tenebris inchoamus, & in luce terminā constituimus. Ibi non refert etiamsi præcedat nox, cum hæc nobis initium det lucis, & ad lucem deducat. Etenim præsens nostra uita, in scriptura tenebræ uocatur, quemadmodű diuus Paulus, inquit: Depositis igitur operibus tenebrarum, induamus arma lucis: hoc est, futuri seculi. Lux enim dicitur, quod futurum est. Arma uerò illius lucis sunt uirtutes. Ideo Christus quoq dixit: Dum lumen habetis: ambulate, ne tenebræ uos apprehendant, ubi lucem uirtutes uocauit, quas uirtutes homo, dum uiuit, prestare potest. Post mortem enim non poterit eas inuenire. Tenebræ uerò funt, præfens hoc feculum, propter tenebricofas illius actio-

bB 2 nes.

nes. Sicut rursus inquit Christus: Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed hae bebit lumen uitæ. Sequi nance Christum, est quæ placita sunt ei facere, & eius mandata servare. Talis no ambulabit in tenebris, hoc est, in vanis vijs huius vitæ, sed accipiet & inhabitabit æternam lucem æternæ uitæ quæ futura est, & immensum, quod ibi futurum est gaudium & exultationem.

Qualtio

Quòd Adam & Eua post & comedissent, cognouere sese nudos esse. Nunquid an tequa comedissent, etiam habebat hunc sensum? Respon. Quemadmoduin. fantuli no erubescunt, etiamli nullis uestibus tegantur, donec paulatim sumptis incre metis crescat corpus & pudor: Sic sane quoq habet cu Adam & Eua. Nã cum primu creati essent, sicut modò natus infans, peccati nondu participes, no pudebat eos non esse tectos. Post admissum uerò peccatum, consutis folis membra sua contegebant. Qualtio

Quid est quod dicit: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis? Respon. Per increpationem Deus uanam imaginatione Adam reprehendens, dicit: Non factus es quod te fore putabas. Nunquid enim Deus es factus, sicut Satan dixit tibi, & te decepit? Hoc est quod dicit: Ecce Adam factus est uelut unus ex nobis. Nam maior sieri quum cuperet, factus est minor.

> Qualtio XCII.

Quid est quod inquit: Respectus eius erit ad te, & tu dominaberis ei: Respon. Oblato dono dixit Deus ad Cain: Munus illud tuñ quod obtulisti, ad te respiciat, & tu dominaberis ei, agito cu eo quod uoles: nam illud ego no approbaui uel recepi.

Qualtio XCIII. Quare quum peccasset Adam, Abel qui sustus erat, mortuus est? Responsio. Quia non uoluit Deus mortis fundamentum esse sirmum. Nam si Adam primus fuisset mortuus, firmam illa certe balim habuisset, tanqua que primum mortuu eum qui peccasset, abripuisset. Quia verò eum qui iniuste fuit interemptus, primum recepit, lubricum habet & debile fundamentum.

> Qualtio XCIIII.

Quid est quod dicit: Omnis qui occiderit Cain, septemultionibus punietur ? În ijs quæ perpetrauerat Cain, primum peccatū fuit inuidia, pro-Responsio. pter prærogatiuam Abelis. Secundum dolus. Nam interim dum cum eo colloqueretur, inquit : Eamus in agrum. Tertium, cædes, prioris mali additamentum. Quartum, exaggeratio peccati, quod occidit fratrem. Quintum, quod parentibus luctum peperit. Sextum, quod terram sanguine polluit. Septimű, quod mentitus est Deo. Interro= gatus enim de fratre suo Abel ubi esfet, respodit: Nescio. Septem igitur ultionibus pu niendus erat, qui interficeret Cain. Vltiones illæ septe, sunt istæ: Prima, quòd ad iram prouocauit Deum. Secuda, quòd dolore patrem affecit. Tertia, quòd orbam fecit matrem. Quarta, quod interemit fratrem. Quinta, quod effudit sanguinem. Sexta, quod cædem patrauit. Septima, quòd infernum dedicauit. Quæstio

Quid est quod dixit: Maior est culpa mea quam ut remittatur: uiuam & no mo Maior, inquit, est condemnatio mea. Etenim talis per execra Responsio. tionem Dei factus fuerat Cain, ut terror & membrorum quaffatio non admitteret, ut uel cibum libi in os ingerere posset.

XCV.

Quæstio XCVI. Quid est quod dicit Lamech: Occidi uirum in uulnus meum, & adolescentulum Non dicit hie duo, sicut existimant quidam, neg in liuore meum? Responsio. Cain intelligit, ut quidam fabulantur, sed dicit quendam & hunc adolescentem. Occi di uirum in uulnus meum, & adolescente in liuorem meum: hoc est, Virum iuuenem, habentem ætatem uirilem. Declinauit uerò pænam propter cofessionem peccati, & ipse sua lata sententia, sententiam Dei remoratus est.

Quæstio XCVII. Quos'nam filios Dei uocauit Moses, dices: Videntes uerò filij Dei filias hominu, accepe.

acceperunt eas sibi uxores? Responsio. Ex Adam quidem natus est Seth, tertius enim erat post Abel. Ex Seth autem natus est Enos, qui dominum Deum cœpit inuocare. Vnde qui ex hoc nati sunt liberi, filis Dei uocati sunt, quemadmodum etia nos ex Christi domini nostri nomine, Christiani nominamur. Segregatu est enim genus Seth, nec est cum sis comixtum qui erant ex Cain, propterea quòd ille à Deo om nium esset maledictus. Postea uerò uidentes filias ex cognatione Cain pulchras esse, atq blanditis decepti, duxerunt eas uxores, & suum ita genus corruperunt.

Quastio XCVIII.

Quid est quod dicit: Cum respexisset Abraham, uidit: & ecce aries unus cornibus implicitus hærebat ad plantam Sabece Responsio. Planta Sabecest ueneranda crux. Iuxta Hebræos uerò uidetur Sabec, remissio esse & condonatio. Aries uerò qui in Sabec hærebat ad plantam, quem etiam pro Isaac holocaustum obtulit, præsigurauit Christum, immolatu pro nobis sacrificiu immaculatu, & qui pro nobis in cru ce mortem subist. Nam eius uibice nos omnes sanati sumus, inquit Esaias, & nostros ipse dolores portauit, & propter peccata nostra uulneratus est. Sicut igitur aries ille pro Isaac oblatus est, ita Christus immolatus est pro nobis.

Quæstio XCIX.

Quid est quod inquit Isaac: Ecce odor filis mei sicut odor agri pleni, cui benedixit

Dominus, & det tibi Dominus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantia frumenti & olei, & seruiant tibi populi, & cætera: Responsio. Ager est mundus,
ros uerò cœli diuinitas est, pinguedo auté terræ est humanitas. Queadmodum igitur
ros quidem inuisibiliter descendit, & in terra consistens, apparet: ad eundem modum

Deus uerbum, qui inuisibilis est, per carnem in terra conspectus est, & cum hominibus conversatus. Frumentum verò & uinum sacramentorum divinorum sunt ænigmata Et omnes populi serviunt Christo.

mata. Et omnes populi serviunt Christo.

10

d

d

3

Die .

Į,

Quastio C.
Quid per illud significatur, quòd lacob tres uirgas accepit: Populeam uiridem, amygdalinam, & ex platanis, & decorticauit eas: Responsio. Tres uirgæ symbolice, sunt tres facultates animæ, rationalis, appetitiua & animositas: uel tres cotemplationes, corporum, rerum incorporearum, & sacræ Triadis. Vel generaliter per amygdalinam uirgam, actiuam: per populeam, contemplatiuam: & per eam quæ ex platanis erat, mundum hunc & eius contemplationem innuit.

Quare Iacob respiciens uidit castra Dei, & dixit: Castra hæc sunt Dei;

Responsio. Ideo apparent lacob angelorum castra, ut animetur & no timeat fratrem suum Esau. Erat enim consilium Esau, ipsum occidere. Ideo etiam cum angelo luctatus est, qui dixit ei: Meuicto, num hominem times; Cognoscebat uerò se De um habere adiutorem.

Qualtio CII.

Quidnam est: Catulus leonis luda, de germine fili mi ascendisti, accübens obdormiuisti ut leo, & cætera: Responsio. Hoc Christo congruit. Quemadmodum enim leo etiam cum dormit, terribilis est: Sic etia mors dominica terrori est tum mor ti, tum diabolo quocp. Leonem uerò ipsum & catulü leonis uocauit, tanqua regem & tanqua regis filium. Hoc uerò: Quis excitabit eum, inestabilem eius potentiam decla rat. Na ipse semetipsum excitauit, sicut ipse de se prædixit, cum inquit: Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud.

Quastio CIII.

Quid est quod inquit: Ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem pullum asinæ suæ? Responsio. Vineam quidem Hierusalem, pullum uerò uocat populum qui est ex gentibus, tanquam populum indomitum. Hoc nance Christus quoce significauit, missis duobus discipulis ad soluendam asinam & pullum, super quem adhuc nullus hominum sedisset: Nullus uidelicet patriarcha, nec legislator uel propheta de salute gentium cogitauit, sed Apostoli ad id ordinati, soluerunt humanam naturam peccatis alligatam.

bB 3 Quastio

Quaftio CIIII.

Quid est quod dicit: Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium su-Responsio. Hoc de passione Christi dicit, & corpus quidem, stolam uo cat: sanguinem uerò, uinum: quandoquidem etia mysticum illud uinum, sanguinem uocauit Dominus. Illud uerò, pulchriores uino funt eius oculi, lætitiam, quæ passionem eius sequuta est, significat.

Quæstio

Quis primus nominauit Deum in terra? Respon. Diabolus, cum ad Euam di ceret: Quid est quod interdixit Deus, ne comederetis de hoc ligno;

Quæstio Quid futurum est cum elementis, item cum fole, luna & stellis in secundo aduens Simul dabitur ipsis locus aliquis & domicilium, sed non in Responsio: perpetuum abolebuntur.

Qualtio CVII. Quare Cain quidem execratus est Deus, dicens: Maledictus tu super terram: Super Adam uerò, execrationem imposuit terræ, dicens: In operibus tuis maledichasit Bo quod Cain negauit & à Deo peccatum suum abscon-

dit, quapropter maiorem quoque in se poenam deriuauit: Adam uerò quia confesfus est, magnum illud à se supplicium depulit. Nam qui sua peccata confitetur, remis-

sionem consequitur.

Responlio.

Qualtio CVIII. Quidnam est: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt uana? Gentes dicit Romanos: Francorum uidelicet genus, qui Christum crucifixerut: Populum uerò dicit, caput ludgorū. Astiterunt reges terræ, Pilatus & Herodes. Principes uerò Annas & Caiphas.

> Quæstio CIX. PSALMVS PRO TORCVLARIBUS.

Qualia dicit torcularia: Responsio. Ecclesias in quibus uinum funditur. Veluti sacrosanctus domini nostri lesu Christi sanguis effunditur & sanctum corpus eius immolatur. Quòd uerò dicit Esaias propheta: Torcular ego calcaui prorlus lolus, hunc habet sensum: Sicuti torcular est receptaculum, & in eo calcantur botri, sic etiam Christus conculcauit inimicos suos tum intelligibiles, tum sensibiles. Dicimus autem & hoc, quod botrus & uua Christus est, qui seipso cominuto, uoluntarie presfus elt, & ex morte fua distillauit divinum mustum, suoce seipsum sanguine rubere sea cit. Est uerò omnino solus. Nam solus ipse Christus pro nobis mortuus est, non angelus uel senex aliquis, sed ipse Christus servauit nos. Petrus nance Christum negavit, & ipso passionis tempore cæteri quog Apostoli dedere fugam.

Quæstio Quid est quod dicit: Sitientes uenite ad aquas? Responsio. Aqua sacru bas ptilma lignificat, aut lachrymarum fontem, uidelicet pænitetiam. Hoc uerò: Euntes emite, edite, & bibite absquargento, sanctum baptismu domini nostri lesu Christisignificat. Eodem modo per hoc: dominus diluuiū inhabitare faciet, intelligitur facrum baptisma: quia inundat super omnia peccata.

Quæstio Respon. Significat hoctu Vox domini per flamma ignis perrumpentis. turum supplicium ignis, qui tadem iussu Christi dirimetur. Ignis nance duplicem uim habet, ad lucendum uidelicet, quod dabitur iustis, & ad cremandum, quod peccatoribus dabitur.

Qualtio Flumen Dei impletum est aquis, quid hoc est: Responsio. Per aquam Apo stoli notatur, qui omnigenis donis & diuina gratia impleti sunt. Ac quiuis homo qui purus & iustus est, non aliunde quam hinc talis efficitur. Nam aqua & ros, aliquando quidem in scriptura donum Dei, aliquando uerò animæ tentationes & perturbationem lignificat. Quando uerò inquit: Qui credit in me, flumina de uetre eius fluet. Et,

Vt ros Hermon descendens super montes Sion, dicit dona Spiritus sancti. Motes ue rò Sion, dicit spirituales qui uiuunt in Deo. Rursus quando dicit, Saluum me sac Deus, quoniam ingresse sunt aque use ad animam meam. Et, Vties pertransiuit ani ma nostra aquam sundo carentem. Hanc aquam, anime tentationes uocat.

Quæstio CXIII.

Quid est quod dicit: Ascendens in altum, captiua duxisti captiuitatem: Resp.

Dicit hoc, quòd Christus confusa cruce, deprædatus est infernum & captiua duxist. Et hoc est & illud quod ait, dixit dominus: Reuertar ex Basan, hoc est, de cruce ad infernum redibo. Basan enim si interpreteris, turpitudinem significat. Nam ludæi crucem ut turpem reputant, & ideo execrationis organum uocauerunt eam. Sed Chri-

ftus eam fanctificauit, eo quod in ea falutem hominum perfecerit.

Qualtio CXIIII.

Quid est quod dicit: Divites sacti sunt inopes, & esurierunt? Respon. Divites hoc loco uocat sudæos, qui inopes sacti sunt, eo quòd occiderunt panem vitæ, & venit super eos sames.

Quæstio CXV.

Quid est quod inquit: Mane occidebam omnes peccatores terræ, ad deperdenadum ex ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem? Respon. Huius di chi hic est sensus sicut matutinum tempus diei est initium, sicomnis peccati initiü est inimici fraudulenta suggestio. Ideo inquit: Mane occidebam, hoc est, respiciebam ad principia cogitationum, & inuestigabam earum intentiones, atep adeò peccatores omnes, utpote dæmones, qui faciunt in me peccatum ad perdendum omnes ex ciuiatate Domini, hoc est, ex anima. Anima nance Domini ciuitas est. Persequebar enim, inquit, & abscindebam ipsorum capita, tanqua principia ad excindendum eos ex anima, ne operarentur omnem iniquitatem & peccatum.

Quæstio CXVI.

Quid est quod inquit: Catuli leonum rugientes ut rapiant, & ut quærant à Deo cibum sibi. Exortus est sol, & congregati sunt, & in speluncis suis cubabunt?

Responsio. Catulos leonum dicit Prophetas. Rugiebant uerò clamantes & dicentes, ac prophetantes incarnationem filis Dei. Exortus uerò est sol, hoc est uenit Christus & tacuerunt Prophetæ, qui prophetarunt usque ad Ioannem. Hoc est quod etiam alibi dicit scriptura, obscuram aquam in aeris nubibus. A splendore eius nubes discusse sunt. Obscuram aquam dicit diuinam scripturam, quoniam in caligine Mosses legem accepit à Deo in monte Sina. Quinipsi Prophete quog non manifeste, sed obscure & tenuiter quodamodo uiderunt aduentum Christi, & manifestarut. Nubes enim uocat Prophetas, qui prædicarunt, & ut aqua estuderunt, spirarunt queluti uen ti diuinum sermonem & legem super terra, quæ est illa tenebrosa aqua. A sulgore uerò eius in conspectu suo, ut ab assumpta carne eius coram se nubes discussa sunt: prophetæ uidelicet recesserunt & quieuere.

Quid est, Mons Sion iste, in quo habitasti in eo? Respon. Diuina scriptura multis modis uoculă montis interpretatur. Et hic quide mons Sion est locus Hierusa lem, que inhabitauit Dominus noster lesus Christus incarnatus super terră. Montem rursus proprie uocat sanctissimă Deipară Virgine, ueluti quu inquit: Mons qui Deo placuit ad habitandu in eo. Nam Dominus aternu inhabitabit. Et alibi habetur: deus à Thema ueniet, & sanctus ex monte opaco & denso. Mons aut ibi dicitur sancta uir go mater. Quia que admodum ij qui campo oberrantes, & calore astuant, si montem subeat, uelut rore cospersi in umbra subter arbores motis, uel aqua sedant estu flăme: Ad eunde modu hominibus quoc sacta est sancta Virgo, qua rore quodă sui partus animas homină astu peccati cosectas, in uită reuocauit, & in umbra alarum sui filij so uit. Montes uero dicunt etia damones propter tumore superbia. Qui tăgit montes, & sumigant, hoc est qui damonibus appropinquat, qui tanqua fumus dissipantur & euanescunt. Mons item uirtus quoc dicitur, quemadmodum sanctus Gregorius inquit: Siquidem etiam in monte Deus apparet hominibus, ipse quidem à sui domicilij b B

specula descendens, nos uerò ex terrena humilitate nostra in sublime tollens.

Quæstio CXVIII.

Quare uirtus dicitur mons? Responsio. Quia sicut mons etsi excelsus est supra terră, cœlo tamen est humilior: ita qui in uita sua uirtute exercet, terra quide est excelsior, eo q huius uitæ curas & mundi negotia superat, nihilominus tame est inferior cœlo, propterea quadhuc in hac uita existit, & nondwest mortuus, ut penitus hoc mundo liberetur. Atquo bid inter cœl uterram tenet medium, sicut mons, quemade modum dictu est. Deinde cum dicit, Montes excelsi ceruis: altos motes, excelsas uirtutes: ceruas uerò, sanctorum animas uocat: quandoquide in excelsis actionibus uirtutum, sicut in montibus ceruæ, uersantur animæsanctorum. Petra uerò consugium leporibus, est Christus. Est consugium eorum qui sedent in deserto.

Quæstio CXIX.

Quid uocat habitationem herodij: Responsio. Herodius, ut aliqui dicūt, est auis quæ nidum in deserto loco, in arboris alicuius cacumine collocat. Veniūt uerò passerculi, & subteripsam circūquace in arbore nidificat. Dux aūt ipsorum est, eisce præest domus herodij, que eos à nociuis reptilibus, que ipsos ledere uolūt, custodiūt,

Quæstio Cxx.

Quid dicit Propheta cum inquit: In finem ne perdas, Dauidic Respon. Finem su uitæ dicit Propheta, & orat ne uitæ suæ sinis ueniat, incidate, in aliquod damnu. Nam tota hominis uita si male transacta, sinis autem eius bonus suerit, beneficium est & gratia. Si uerò finis diuersus suerit, hoc demum est miserum. Orat ergo Propheta, ut su uitæ sinis bonus sit: nam ideo conscripsit hunc Psalmum.

Quaftio CXXI.

Quid est quod inquit: Gloriabuntur pij in gloria, & exultabūt in cubilibus suis! Pios dicit spirituales & sanctos homines, qui gloriabuntur post mortem in cubilibus suis. Cubilia uerò sunt mansiones & domicilia sanctorum, quæ post mortem inuenient, & exultabunt in regno cœlorum. Alia. Dei perfectionem docens & ostendens diuina scriptura, uocauit ipsam somnum, cubile, lectum, & mortem. Somnum quidem uocat, ut quum Dauid inquit: În pace simul iacebo so= pitus & dormiam. Eodem uidelicet deueniam, & quiescam dum uiuo in Deo, iuxta Apostolum, qui inquit: Viuo autem non amplius ego, sed uiuit in me Christus. Cubile uerò uocat, quum inquit: Gloriabuntur sancti in gloria, & exultabunt in cubilibus suis. Sicut enim qui in cubili cubat, requiescit & suauiter dormit: sic qui perse-Aus in Deo est, & qui creuit in uirum perfectum ad mensura ætatis plenitudinis Chri sti, requiescit in deo, tanquam cubile reputans diuinam persectionem. Cubilis autem fulcra dicuntur uirtutes. Lectum autem appellat, quum inquit Salomon: Sexaginta robusti circumdant ipsum. Quando enim ad perfectionem uenerit iustus, circudant, & circa ipsum incedunt fortes, angeli uidelicet. luxta dictum illud: Semper uidebam ante me Dominum, quoniam à dextris meis est, ne comouear. Est uerò familiare diui næ scripturæ, etiam angelum uocare Dominū. Vt in Manoe: Deum uidimus, inquit, cum effet in phantalia Dei. Denice mortem quoce uocauit Dauid diuinam perfectio nem, cum inquit: Preciofa est mors sanctorum in conspectu Domini. Vides quomo do & somnum, & cubile, & lectum, & mortem illam esse ostenderit divina scriptura: Mortem autem illam nominauit, quod ille qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quemadmodum enim qui mortuus est, non potest rursus reuerti in uitam & amplius peccare: lta qui apud Deum hoc honore dignus est habitus, inde rursus decidere non potest, sed inquit cum Dauid: dominus illuminatio mea et Seruator meus, quémnam timebo: Et cum Paulo: Siue nanq uiuimus siue morimur, Domini sumus. Et rurlus, Viuo autem non amplius ego, sed uiuit in me Christus: quod uero nunc in carne uiuo, uiuo in fide. Quapropter sancti perfecti, mundum contemnunt, & huius mundi uoluptates. Et sanctimartyres, etiam contempsere tormenta.

Quæstio CXXII.

Altitudines Dei in gutture ipsorum, & gladij utring acuti in manibus ipsorum; quid hoceste Altitudines Dei sunt doctrinæ legis & statuta spiritualia, quibus spirituales

spirituales do ctores præståt, habent enim in gutture suo, à spiritu sancto dona gratia ut ore suo & lingua doceant populum. Ancipites autem gladis sunt duo Testamentas uetus & noua lex. Nam sicut miles gladium utrace parte acutum uibrans, inimicos interimit, & populu asserit: Sic etiam do ctores spirituales ancipites habent gladios, doctrinas ueteris & noui Testamenti, per quas uindictam sumunt in gentibus, & ad puniendu illos, immittunt iram à Deo, per suas ad Deum supplicationes. Similiter quoque in comuni, populum sideliu redarguunt & instituut ad bonum. Quando uerò no audiunt eas, sed ei quod bonum est aduersantur atce cotemnunt illud, tunc etiam ipsis immittunt suppliciu per suam deprecationem ad erudiendum illos, ut uidelicet castigati discant non inobedientes esse Deo, & Dei ministris. Nam qui spirituales homines audit, Deum audit, quemadmodu dixit ipse Christus. Nece enim ad interitum, sed ad utilitatem ipsorum spirituales illi castigationem inducut, ad correctionem boni & ad gloriam Dei, tanquam amantes & ultores Dei & osores mali.

EX EPISTOLIS PAVLI.
Quaftio CXXIII.

Quidest quod dicit: Gloria, honor, & pax omni qui operatur bonum: Iudæo pri= Rom. 2 mum & Græco. Non enim est personaru respectus apud Deum. Nam quicunq sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicuq in lege peccauerunt, per legem sudis cabuntur. Responsio. Laudat omnes qui operant bonum. Grecuuero no di cit idololatră, sed pium qui colat quide Deum, ueru nege credat in Christu, nege ueterem lege teneat, sed sine lege Deum inuocet & colat, seruet pinissominus uirtute ali quam. Nam talis etiamsi labatur, minus tamen punietur que ludeus, eo quideus legem transgreditur, habet pue uenementiorem accusatione. Quando enim audis illud: Quotequot sine lege peccauerunt; sine lege peribunt: minus supplicium reputa. Hoc uerò: Quotquot in lege peccauerunt: isti grauiorem pænam & supplicium subibunt.

Quæstio CXXIII.

Quid est illud: Nam qui insiti sumus per similitudinem mortis eius, etiam resurre Rom. 6
ctionis consortes erimus? Responsio. Insiti sumus, participes uidelicet. Nam
quemadmodum corpus Domini sepultum in terra, mundo salutem peperit: Sic nostrum quoce corpus in baptismo sepultu, nobis ipsis iustitiam protusti. Similitudo autem sic habet, sicut Christus mortuus est, & tertia die resurrexit: Sic et nos in baptismo
morientes, resurgimus. Nam q infantem ter in aquam immergimus, & ter educimus,
mortem & triduanam Christi resurrectionem significat.

Qualtio CXXV.

Quid est quod inquit: Etenim quod lex prastare no poterat, ea parte qua erat im Rom. 8 becillis, hoc Deus per carné & cætera: Responsio. Imbecillis, inquit, erat lex, uidelicet ad iustificand in hominem. Non enim poterat homo tyrannidem & uim carnis sustinere. Ideo misit Deus unigenit filium suum, ut per carnem suam condemnaret peccatum. Hoc uerò quod dicit, In similitudine carnis peccato obnoxiæ, non dixit: In carne peccati, sed in similitudine. Nam humana caro Christi in omnibus est similis sacta humanæ carní, quatenus uerus & absolutus est homo. Peccatis uerò caro eius non suit obnoxia, sicuti nostra est. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est in ore eius dolus.

Quastio CXXVI.

Quid est quod dicit: Date locum iræ? Respon. Ei qui te contristauit ac tri Rom. 12 bulauit uel assecit iniuria, condona, omnem quindicit tribue Deo, qui quod æquum est dispensabit. Illud uerò: Beatus qui nil iudicat in eo quod probat, hoc significat: Rom. 14 Quando per dispessationem seceris aliquid, quod ad salutem fratris tui spectat, etiam si id omnes incusant, tua uerò conscientia te non condemnat, beatus es.

Quæstio CXXVII.

Quid est quod inquit: Quandoquidem & Iudzi signum postulant, & Grzcisa-1, Cor. 1, pientiam quzrunt: Nos autem przdicamus Christum crucifixum: Respon. Si dixerimus, inquit, Iudzo: Crede, Respondet, Excitate mortuos, medemini infanis. Si Grzco

Si Græco idem dicamus, petit à nobis rhetoricum ornatũ in uerbis. Nos autem predicamus Christum crucifixum, qui est ipsa signorũ potentia, & sapientiæ pelagus. Verùm ipsi quidem offenduntur, & stultam reputant prædicationem, quando Deũ crucifixum esse audiunt. Quod tamen non mirũ:nam qui infirmi sunt oculis, no possunt pure uidere solem. Ad eundem modum etiam isti. Illud autem, quòd stultitiam Deisa pientiorem dicit esse quam homines, de cruce loquitur. Nam sapientes & philosophi etiam præstantiores, inaniter multum laborarunt & occupati suerunt, nec quicquam boni benè recte és egerunt. Crux uerò, quam illi stultitia reputabant, mundu seruauit, & propterea omnes excellit sapientia, eo quòd tanta bona operata est.

Quæstio CXXVIII.

Quomodo uerò dicit imbecillitatem Dei robustiorem esse quam hominese Responsio. Imbecillitatem Dei uocat sensum Apostolorum, qui homines erantidiotæ & illiterati, & tamen breui tempore totum orbem occupantes, reges & sa trapas, sapientes & potentes principes deuicere.

Qualtio CXXIX.

Responsio. Vides quomodo nominet ipse sapientiam qua prius stultitia uoz cauerat. Etenim mysterium primu, dispensationem dicit, ideo quò d nullus negrange lus, nec alia aliqua creata potestas cognouit hoc mysterium et dispensationem istam, quò d in terra Deus carnem assumpturus esset. Illud uerò posteaquam sactum est, om nibus innotuit: que admodum inquit Apostolus: Vt notum siat nunc principatibus et potestatibus, in supercelestibus. Vocat aut alibi quoq mysterium, eximia illa ope ra Dei, utpote, nativitatem, præsepe, baptisma, crucem, mortem, resurrectionem & ascensionem. Sicut etiam sanctus Gregorius theologus, mysteria uocat, sesta, in sermone de Lucernis, qui incipit: Rursus lesus ille meus, & iterum mysterium. Hoc aute dicit, propter sestum baptismi. Similiter etiam in reliquis.

Quæstio CXXX.

Quid est quod inquit: Si cuius opus exustu fuerit, damnum patietur: ipse uerò sal uus siet, sed sic tanquam per ignem. Respon. Si cuius opus exustum fuerit, damnum patietur regni cœlorum, saluus uerò siet ipse taquam per ignem. Quomodo uerò seruabitur: shoc est, saluus & integer manebit in igne, nec uidebit morte, sed opus ipsius solummodo comburetur & confundetur. Ipse uerò æternum permanebit inte ger pænas luens: nec tamen unquam penitus interibit.

Quæstio CXXXI.

Quid est quod dicit: Paululum sermenti totam massam fermentate. Responsio. Hoc propter malos & peruersos homines dicit. Nam quemadmodum uetus sermentum exiguum quidem est, multum autem farinæ fermentari facit: Ad eunde modum malus homo, qui in se nutrit malitiam, impartit etiam alijs, & sit scandalum, mul tos si lædit, propterea rursus dicit: Expurgate itacquetus sermentu, ut noui sitis. Hoc est: Expellite malum & prauu ex uobis, aut uos ab ipso recedite: quandoquidem omnis malitia inquinat hominem. Ideo Dauid malos sugiens, inquit: Non sedi in consilio uanitatis, & cum transgressoribus non incedam. Odi congregationem malignantium. Et quare saciebat istar Dicit alibi rursus: Cum sancto sanctus eris, & cum electo eris electus, & peruerteris cum peruerso. Etenim qualis est ille cum quo conuersaris, talem te quo conversaris.

Quæftio CXXXII.

Quid est quod dicit: Escæ uentri destinatæ sunt, & uenter escis: Deus aut & hunc & illas abolebit. Responsio. Ventrem dicit crapulam non ipsum uentre. Ad crapulam, inquit, habet uenter desiderium, & hæc ad illum. Sed qui crapulæ uentrig deditus est, non potest servire Deo, sed sui ipsius uentris servus est. Ideo abolevit illu, dicens: Deus & hunc et illas abolebit, hoc est, & cibos & gulositatem. Non enim uen trem abolevit, absit. Audi enim quid dicat ipse: Corpus uerò non stupro, sed Domino. Quapropter non abolevit uentrem, sed crapulam, nec etiam mediocrem cibum, sed immoderatum: siquidem ex his scortatio gignitur. Inquit ergo: Corpus non est

datum sub potestatem ingluuiei, ut in scortationes incidat, sed ut Domino serviat. Sicuti rursus retrò dicit alicubi: Omnia mihi licent, sed ego non redigar in potestatem à
quoquam. Hoc ipsum nihil est aliud quam quod hic dicit: quòd omnes quidem cibi
quos creauit Deus homini nutrimentu, boni sunt, & licet mihi omnibus frui, eisch nu
triri, sed illorum servus non ero, nech sub suam potestatem me rediget gula: nam non
conducit, nec ædisicat in me bonum. Quapropter, necessaris contenti, respuamus reliqua non tantum velut inutilia, sed etiam tanquam quæ noceant, & quæ gignant abe
surdas concupiscentias ijs qui ea possident.

Quæstio CXXXIII.

Quid est quod dicit: Et omnes in Mosen baptizatisunt? Responsio. Ba. 1. Cor. 18

ptismi signum erat, quòd per rubrum mare pertranssuit Israeliticus populus. Nam sicut illi transmissi, estugerunt inimicorum insidias, & in deserto nutriebantur manna: sic etiam baptizati liberant à spirituali Pharaone, & ab Ægyptis dæmonibus, sustentantur spipercælesti pane sancti Spiritus. Quia uerò de baptismate sermo est, dicemus de eo manifestius.

Primum baptisma suit, inundatio diluuij ad excindendum peccatum. Secundum suit Moss, quando transiuit rubrum mare. Typicü enim erat. Nam sicut illic erat mare, sic in baptismo est aqua. Et sicut illic erat nubes, ita hic est spiritus sanctus. Que autem ista nubes suerit, audi: Cùm egrederetur ex Ægypto Hebrei cum Mose, mist nubem ueluti columnam ignis, que illis suceret noctu, ut uidelicet noctu quoch possent ambulare, ne ad ipsos uscapertingerent Ægyptij. Sequebatur autem illos nubes à ter go, & tegebat eos, ne ipsos Ægyptij uidere possent. Atchoc est secundum baptisma. Tertium erat legale apud Hebreos. Nam quicunch erat immundus, aqua sauabatur, & suas quoch uestes sauabat, & sic redibat in castra. Quartum baptisma suit soanis. Introductorium quidem erat illud, nondum tamen omninò spirituale, sed ad pœnitentiam solummodo. Quintum, est baptismus lesu Christi, quo etiam ipse baptizatus est. Esté hoc totum spirituale, quo nos quoch baptizamur. Sextum baptisma lachrymis constat, esté uerè laboriosum durumé. Veluti qui per singulas noctes sauat lectum suum, qui pœnitentia ducitur, & suget super peccatis que commisti. Septimum baptisma per martyrium & sanguinem est, quo Christus quoch baptizatus est. Esté tanto alijs honestius, quato minus denuò pollutum est sordibus. Octauum & postremum,

non salutare, sed audens est, quod æternum sine fine punit peccatores.

Quaftio CXXXIIII.

Quid est quod inquit: Caro & sanguis regni Dei hareditatem cosequi non post i. Cor. 19

sunt: Responsio. Quòd quicunquarnem suam souet & nutrit ad satietatem,

regnum Dei consequi non potest.

Quæstio CXXXV.

Quid est quod inquit: Qui non diligit Dominu nostrum lesum Christum, sit ana= 1.Cor.16
thema, maranatha? Respossio. Hoc est: Ab ecclesia & à fidelibus segregate
eum, sit se separatus à populo ille qui non credit. Dominus enim uenit, quòd signisicat Maranatha, si interpreteris.

Quæstio CXXXVI.

Quid illud est: Si quis noua in Christo creatura, renovatur? Respon. Hoc 2, Cor. §

est: Si quis in Christum credidit, in aliam vitam transsuit. Nam è supernis est natus per
spiritum, & viuit non eam quæ in peccatis, sed vitam quæ est in spiritu.

Quastio CXXXVII.

Ter feci naufragiü, quid est ? Responsio. Latenter innuens dicit, quòd ter naufragium passa sit humanitas. Primum per transgressione. Secundò in diluuio temporibus Noe. Tertiò post acceptam legem, quum in idololatriam incidisset populus, use dum uenit Christus gubernator animarü, qui erexit uelum crucis, & tranquillam nobis nauigationem ad cœlos parauit.

Quæstio CXXXVIII.

Quid est; Noctem atquidiem in profundo egi; Responsio. Noctem dicit ibidem conuersa.

conversationem in tenebrosis erroribus ante adventum Christi. Diem verò vocat vitam post adventum Christi transactam in claritate baptismi. Dicunt autem quidam, quòd in medio pelagi navigaverit: alíj, quòd nataverit: ubi nece terra necemontes videre potuerit.

Quastio CXXXIX.

2.Cor, 12. Quid est illud: Datus est mihi stimulus per carnem, nuncius Satanæ, ut me colaphis cædat? Responsio. Satan aduersarius dicitur. Nuncium igitur Satane dicit Alexandrum ærarium sabrū, Hymenæum & Philetum qui diuexabant ipsum, & resistebant, dicentes resurrectionem iam suisse: qui etiam apprehensum eum, in carce res prosciebant, & multis afficiebant malis.

Quæstio CXL.

Quid illud est: Sufficit tibi mea gratia: Responsio. Hoc est: Sufficit tibi mea gratia, qua mortuos excitas, & cæcis uisum das, & alia signa facis. A persequutoribus uerò pulsi & exagitati persequentes uincite.

- Quæstio CXLI.

 Quid est quòd inquit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Responsio.

 Mundum & curas eius relinquere, concupiscentis & affectibus mori, ieiunare, uigilare, & in disciplina afflictari. Sicut alibi dicit: Qui uerò Christi sunt, carnem cruci fixerunt cum affectibus & concupiscentis.
- Quæstio CXLII.

 Ephes.2. Quid est quod dicit: Interstitium maceriæ diruit: Responsio. Hoc est, inimicitia quã omnes homines habebamus aduersus Deū propter nostra peccata. Carne igitur assumpta dominus Deus, & mortuus, soluit peccatu quod nos à deo seiungebat. Atq sic in pacem redegit omnia, & nos fecit filios Dei. Nam deleuit, quod aduersus nos erat, chirographum in cruce. Quid autem suerit chirographum, audi: Cùm peccasset Adam & accepisset manu sua de ligno, comedisset, scriptu est eius manu peccatum, quod apud se scriptum diabolus habuit. Cùm aute in ligno, hoc est, in cruce penderet Christus, & per suas manus clauis uulneraretur: tunc in cruce scriptum il lud assixit & deleuit. Ipse nance diabolus qui chirographum illud transgressionis Adam tenebat, tamdiu retinuit, donec à cruce in Christo ligaretur.
- Quæstio CXLIII.

 Eph.5. Quid est quod inquit: Expergiscere qui dormis, surge à mortuis, & illucescettibi
 Christus. Responsio. Dormiètem uocat eum qui peccatis immersus est. Nam
 qui in peccatis uiuit, mortuus dicitur. Etenim ut mortuus immobilis est, ita qui in
 peccatis est mortuus, ad bonum non mouetur.
- Qualtio CXLIII.

 Ephef. 6. Quid est illud: Induite totam armaturam Dei: Responsio. Totam armaturam Dei dicit spiritum sanctum. Nam qui spiritus sancti non est particeps, nihil po test aduersus oppositos nobis potentatus. Etenim non est nobis, inquit, lucta aduersus carnem & sanguinem. Non aduersus homines uidelicet bellum geritur, sed aduer sus principatus. Principatus autem dæmones uocat, qui in hoc mundo principatum tenent: solumodo tamen in operibus tenebrarum. Hoc uerò quod inquit, in cœlestibus: docet, quòd non propter rem nihili nos oppugnent dæmones, sed propter cœle stia bona. Quando enim ad regnum cœleste contendimus, uehementer nobis resistunt. Ideo nos semper uigilare conuenit, & uirtute per gratiam Christi uincere. Scutum autem sidei, sidem uocat, synceram & feruidam.
- Quæstio CXLV.

 Col.3. Quid est quod dicit, Post quam exuistis ueterem hominem, & induistis nouñ qui renouatur? Responsio. Veterem hominem dicit eum qui primus post lapsum Adæ natus est. Vel improbitatem eius & malitiam. Nouum hominem intelligit con uersationem Christianam, piam uidelicet & bonam.
- Quæstio CXLVI.

 Quid est quod inquit: Ne doleatis quemadmodum cæteri qui no habent spem:
 Responsio. Qui non habent spem resurrectionis, illis couenit dolere. Nota aut
 quomodo

quomodo de Christo dixerit, quòd mortuus sit & resurrexerit, de comuni uerò populo dixit qui obdormierut, ut ostenderet etiam eos qui dormiut esse resurrecturos. Quæstio CXLVII.

Quid est quod dicit: Non rapinam arbitratus est æqualé se esse Deo ? Respon. Philip.2 Quod Apostolus dicit, est eiusmodi: Filius Dei, qui etiã ipse Deus, uolens in terram descendere & incarnari, no ueritus est à sua dignitate discedere. Nece enim ex ra pina divinitatem suam habebat. Veluti si quis per rapinam aliquid habet, timet ne illud perdat. Talis non erat Christus. Absit. Sed cum uerus Deus esset, homo quoque sieri voluit.

Qualtio CXLVIII. Quid est illud: Hoc enim uobis dicimus in uerbo Dominie Responsio. Ver- 1. Thef. 4 bum Domini quod dixit, hoc est, quòd audituri sint uocem filif Dei, & quòd qui au= dierint, sint uicturi: Hoc, inquit, & nos dicimus, quod nos qui uiuemus & reliqui eri= mus in aduentu Domini, nequaqua præueniemus eos qui obdormierunt. Viuentes funt, qui tum inuenientur in resurrectione. Inuenientur enim homines in illo die, nec uidebunt mortem. Verütamen non præuenient eos qui obdormierunt ante. Nā primum refurgent mortui, deinde qui uiuunt immutabuntur, & simul cum illis rapientur in occursum Domini in aera. Qualis aut iste raptus futurus sit, audi. Quando Dominus celeulmate, hoc est, hortatu, & angeli clamabunt: Surgite, uenit enim sponsus: Tunc de cœlo descendet. Et primum resurgent mortui, deinde aut ij qui tunc uiuent, immutabuntur & fient incorruptibiles. Et post hæcomnes sancti & digni rapietur in nubibus, & Dominu nostrum de cœlis uenientem excipient, quemadmodu inquit: Et nos rapiemur in nubibus in occurfum Domini in aera. Nam hæc est gloria & corona iustorum. Peccatores uerò expectabunt ipsum donec descendat. Ato hocnon fit aliter, quam si urbs aliqua reducem regem excipiat.lbi nanq optimates & qui cateris præstant, egrediuntur ei in occursum:pauperes autem & abiecti expectant, donec in ciuitatem ueniant. Ad eundem modum etiam de Christo cogita. Descendête illo de cœlo, omnes iusti & boni rapientur in cœlum, ut obuiam procedant uenienti

Quæstio CXLIX.

Quid est quod dicit: Nemo qui militat implicatur uitæ negocijs, ut ei qui se in 2.Tim.2 militiam delegit, placeat? Responsio. Si ille qui terreno regi militat, non potest placere, nisi alias uitæ curas reliquerit: quanto magis id in militia quam sub cælesti rege militamus, sieri conuenit?

Domino nostro lesu: Peccatores autem, in terra stabunt expectantes.

Quæstio CL.
Quid est illud: quòd si certat etiam aliquis, non coronatur, nisi legitime certaue- ibidem rite Responsio. Nam etiam si quis miles bellum ingressus fuerit, neces sic quoce coronatur, nisi cum aduersario manum conferens, percusserit & intersicerit eŭ. Nam hoc est illud legitime certare.

CLI.

Quæstio

Quid est illud: Laborantem agricolam oportet primum de fructibus perciperes aliquem oportet primum de fructibus perciperes aliquem oleo suis auditoribus doctoribus dixit, quòd sit conueniens, ut doctor qui pro se & pro suis auditoribus laborat & decertat, primum à Deo mercedem recipiat, deinde discipuli sui. Nã agricola qui fructus suos collegit, ille primus de eis in domo sua sibi recondit. Atq sic demum aut eleemos ynã elargitur, uel satisfacit debitoribus. Aliud de eodem. Et aliter: Quicunquult opus Dei exercere, qui alios docere, uel aliquibus uult prodesse, decet illum qui alios docet, imprimis operari uirtutes, & ut accipiat à Deo dona gratiæ, proferat fructus sancti Spiritus, atq the sauros cognitionis bonor un Dei. Ita siet ut alijs quoq possit impertiri dona. Nam si quis aliquem oleo suis manibus uncturus, oleum non habeat, quomodo impertiuerit alijs id quod ipse non habet. Ad eundem modum de ijs qui docent alios, est sentiendum, sicuti dictum est.

Qualtio CLII.

Quid est, Cogita qua dico: Responsio. Quia per parabolas ei scripserat omCc nia,

nia, propterea dicit: Attende. Et non obedierunt mandato Mosis quod præceperat. quorum periere tria millia. Et hoc est quod dicit scriptura: Quorum membra conciderunt in deserto.

CLIII. Qualtio

Quid est illud: Omnis transgressio & inobedientia iustam præmij repensationem Heb. 2 Responsio. Quicung transgressi sunt & inobedientes suerut in lege ueteri, condigna poena sunt affecti. Nam Adam qui transgressus fuerat, codemnatus est. Cain cum peccasset, execrationis pænam luit. Et illi qui temporibus Noe mala perpetrauerant, aqua submersi sunt. Sodomitæ qui turpibus sese facinoribus inquina uerant, horribiliter interiere. Et ludæi fæpius aduersus Prophetas insurgentes, perculli sunt à Deo, supplicis chaffecti pænas dedere. Nunc igitur hoc dicit, Quòd sin ueteri Testamento quicunco reprobarunt & inobedientes suere mandatis Domini. & quidem is quæ per angelos & per Prophetas fuerut administrata, nihilominus ta men iustam pænam persoluerunt, & in se accumularunt iram Dei, quomodo nosesfugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ nece per angelos, neque per Prophetas nobis est tradita, sed per ipsum Christum & Deum ? Nam ueteris quidem les gis minister suit Moses. Multum igitur hæc legislatio præstat ueteri, quod illa per seruum sit administrata, hæc uerò per ipsum dominum. Debemus ergo, dubio procul, ea quæ nobis præcepta sunt præstare, ne nobis quam ueteribus gravius iudicium sit subeundum.

Qualtio CLIIII.

Quid est: Non enim angelis subiecit orbem terræ suturum, de quo loquimur: 1bidein Responsio. Orbem terræ secundi aduentus sui sudicium uocat, quando reddet unicuic fecundum sua opera. Hoc uerò quod inquit: De quo loquimur, illu signi ficat, pro quo decertamus salute consequi cupientes. In eo die, inquit Apostolus, non. dedit Deus potestatem angelis mundum iudicandi, sed omne iudicium dedit filio suo. Et quia filius Dei, qui etiam ipse Deus est, habet omnem potestatem iudicandi mundum, quid passuri sunt ij qui mandatis eius non obtemperarunt? Namsi inobedientes in lege ueteri, quæ per angelos est lata, tanta passi sunt, idonon angelis indicantibus mundum, quid nam illi patientur qui non obediunt ipsi Dominos

Qualtio CLV. Ibidem Quidillud est: Quid est homo quod memor es cius? Responsio. nem & filium hominis Christum dicit, sicut est per omnia consubstantialis patri, tanquam uerus Deus & uerus homo.

Quaftio CLVI.

Quid est: Minuisti eum paululum infra angelos? Respon. Paulisper infeio-Ibidem rem dicit, quod Christus apud inferos tribus diebus & tribus nochibus fuit. Qualtio CLVII.

Quid est: Eum uerò qui paululum quiddam diminutus fuerat infra angelos, cer-**Lbidem** nimus lesum propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum in morte.

Gloria & honor Christi, crux est: quia innumera bona per crucem contigere. Conculcata nang est mors, & in exilium relegata maledictio. Infernus cellit in prædam, peccatum est abolitum, transgrellio sublata, natura hominum ab affectuum servitute liberata, diabolus est ligatus, plantata est salus, resurrectio est patefacta, malitia est abacta, uita est orta, idololatria dissoluta: & quod admirandum est maxime, quod antiqui ueteres q Prophetæ in Christisanguine & aqua ex eius la tere profluente baptizati funt. Id quomodo factum lit, audi: Quoniam ex quatuor elementis constat humanum corpus, in ea post mortem rursus resoluitur. Ita cu Chris sto quog factum est. Nam sanguis & aqua, quæ ex sancto latere Christi fluxere, re soluta sunt in id, in quod etia Prophetarum sanguis resolutus est, uidelicet in elementa, quæ ibi inueniens baptizauit. Quod si quis nunc obijciat, quod etiam infidelium corpora baptizauerit:respondemus, Non. Nam sicut aqua diffluens, quascunce quis dem reperit herbas uirentes, eas irrigat & potat; quas autem aridas invenerit, ijs nibil prodest:sic etiam hic est cogitandum.

Qualtiq

Quastio CLVIII.

Quid est quod dicit: Nunc uero nondum uidemus omnia esse illi subiecta: pro-Heb. z pterea quod orbem nondum penetrauerat prædicatio? Responsio. Decebat eum, uidelicet Deum & patrem per quem omnia facta sunt & subsistent, ducem ui=tæ, Christum scilicet, multos silios ad gloriam & regnum cælorum adducentem (silios autem uocat spirituales & sanctos homines) per passiones perfectum exhibere & gloriosum.

Quastio CLIX.

Quidest quod inquit: Et ueri tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo?

Responsio. Tabernaculum dicit cœlum, quod non curauit homo, uelut in terra facere solent ecclesiarum templa. Absep manibus sactum est, utpote quod sabricas tum confirmatum est uerbo Dei.

Quastio CLX.

Quid est: Sancti omnes per fidem expugnauerunt regna? Respon. Abra- Heb.11 ham, Moses, losue filius Naue, operati sunt iustitia. Abraham, Phinees & David promissiones acceperunt, similiter losue filius Naue, & Chaleb. Occluserunt ora leonu: Daniel in leonum fouea. Extinxerunt uim ignis, tres illi pueri in ignea fornace. Effugerűt acies gladi, Helias & Dauid. Validi facti funt ex imbecillitate, uelut Ezechias. Effecti funt robusti in bello, ueluti Samson: qui una asini maxilla mille prostrauit ex= teros. Mulieres acceperunt ex refurrectione mortuos suos, Sunamitis & Sathia. Alij uerò distenti sunt, lacobum fratrem Domini dicit, & alios quibus amputata sunt ca= pita. Nam istud distendere nihil aliud est, & decollare. Ali rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, Esaias, Hieremias, & Michaes. Lapidati sunt, Stephanus & Naboth. Disse chi sunt, Esaias quem serra lignea secarunt ludæi. Tentati sunt, ueluti Hiob. Occisione gladij occubuerunt, lacobus, & Zacharias & alij. Atq; omnes isti testimoniū promeriti per fidem, nondum acceperant promissionem. Omnes uidelicet isti sancti testimonium sunt promeriti, quòd placuerint Deo, etsi nondum fruantur gaudio regni cœlorum & eorum bonorum quæ promissa sunt iustis, sed expectant secundum aduentum, uti tum coronentur omnes in uno horæ momento. Nam hoc est quod inquit Apostolus: Quòd Deus de nobis melius quiddam prouiderit, ne sine nobis con summarentur. Nam ante consummatione omnium sanctorum, non accipiunt isti uel dimidiam partem promissorum bonorum. Arrobona quidem & spem habent, sepa= ratic sunt à peccatoribus. Ipsam uerò perfectionem nondum sunt assequuti, quæ est præstabilior. Nimirum ut omnes eodem tempore simul intrent in regnum, & æqualiter omnes sancti bonorum Dei participes fiant.

Qualtio CLXI.

Quid est: Quum tanta septi simus nube testium: Respon. Nubem testium, ipsos testes uocauit. Nam irrorant nos qui in peccatis detinemur & astuamus, & um

bra suæ intercessionis nos contegunt.

Quastio CLXII.

Quid est: Omni onere deposito, & tenaciter inhærente peccato? Responsio.
Onus uel aceruum, multitudinem uocat. Sic autem inquit: Quandoquide habemus tantam multitudinem sanctoru testium, instar nubium irrorantem nos, in intercessionem precum, quas pro nobis sudere, consis, imitemur & nos illorum uirtutes. Et omni peccatorum abiecta mole, atch tenaciter inhærente peccato relicto, per toalerantiam & longanimitatem, curramus in uirtutis certamine. Tenaciter autem uel sa cileinhærens peccatum dixit, eo quòd id solum non habet unum aliquem certum lo cum ubi consistat, sed statim uertitur atch dissoluitur. Peccatum enim radicem non habet, nec etiam habet sructum. Euanescit uerò statim, & soluitur, si gladio pænitentiæ excindatur. Nam securis, est pænitentia excindes omne malum. Est autem pænitentia non tantum inclinatio genuum, sed abstinentia à malo. Item labores, lachrymæ & preces ad Deum pro præteritorum peccatorum remissione. Nam ideo

pœnitentia, resipiscentia dicitur, quòd mentem à malo ad bonum transferat.

TRACTATVS DE DEFINITIONIBUSE



ARIAE definitiones iuxta traditione & fidem Ecclesiæ catholicæ, collectæ à Clemente & alijs sanctis uiris ac beatis patribus, quas ante omnes scientias alias indagare & in animum recondere necessum est ei, qui per auxilium Dei uerbo ueritatis præesse uoluerit, & cuiuis hominiora thodoxe sentienti, atop integram sidem erga Deum habenti.

Ad exquisitiorem igitur traditionem, sciendum quod quæuis interrogatiouel quæstio tres habet quæstiones & inquisitiones:ut pote, Quid sit res de qua quæritur: Secundum, quid dicatur, & quot modis intelligatur definitio. Atq si quidem quaramus quid sit res, liquet quod rei definitionem quæramus. Quando uerò interrogamus secundum quid dicta sit, etymologiam nominis postulamus. Quum autem dici mus, quot modis hoc nomen dicatur, patefit quod quærimus quot sint huius nominis significata. Qui ergo absq definition cognitione docere conatur, idem ei, quod cæco uiatori huc illuc oberranti, ufu ueniet, luxtas prædictos igitur modos iftos, triplex de re est inquisitio facienda. Definitio finitionum est, quæ omnia quidem definit, ipsa uerò à nulla definitur. Quapropter solus Deus, definitio definitionum est.

Definitio est, oratio breuis, rei subiectæ naturam explicans. Dicunturch definitiones, tanquam sint inspectiones rerum, & oculi, quæ uim rationis & quæ mente concepimus breuiter explicent. Nam est quidem homo substantia carne, anima, ratione, sanguine, elementis & alijs pluribus constans. Nos autem determinamus ea, & succinctius per definitionem dicimus. Homo est animal rationale, mortale, mentis & scientiæ capax. Additur etiam ipsum uerum nomen hominis, erecto corpore incedens. Abbreuiarunt autem, qui rebus indidere nomina, multitudinem uocum, & propter concinnitatem uocauerunt hominem. Dicitur uero homo erecto incedens corpore. Nam animalia quidem bruta, declinato in terram capite deorsum speciant, homo autem incedens aspicit & contemplatur superna, unde anthropos per concisionem literarum nominatur. Rursus anthropos dicitur, propterea quod frons illius sursum uidet, & propter essicaciam oculorum qua sursum spectant. Nam oculus & mens hominis sursum respicit. Et ob id dicta est definitio, quod definit & abbreuiat multitudinem uocu & prolixitatem orationis decurtat. Multæ quidem & innumerabiles sunt quarumcunce reru definitiones, nos uero ex multis paucas tantum & magis proprias proprer inertiam hominữ adnumerabimus. Vbi tame illud sciedum credendumch est, quod qui sedulo definitiones reru annotauerit, is facile Rhetorum & vehemerium oratorum in illorum orationibus ora obturare poterit. Nam siinterrogatus, quid sit definitio, secundum quid dicatur definitio, & quot modis intelligatur, Si ad istas interrogationes hæsitauerit aduersarius, pudefiet quasi qui nihil sciat Tria sunt quæ secudum essentiam hominibus sunt incognita, & infinita: Deus, angelus, & anima, quæ soli Deo secundum essentiam cognita sunt. elt finitum, quid infinitum, quid difficile, & quid facile definitur? Finitum est, quod sic habet ut suos terminos non excedat, ueluti cœlum, terra, & mare, quæ suos termia nos non transcendut. Infinitum est solum illud increatum, quod est Deus. Difficile definitu est, quod creatu & infinitum est, ut angelus, anima, & dæmon. Vel, quod non totum, sed aliqua tantum parte cognoscitur, utpote lignum uitæ. Facile desinitu est, quod contrectari & penítus perspici potest, ut si quis ante oculos panemuideat, & quæ sunt eiusmodi. Quid est Deus, & secundu quid dicitur Deus, & quot modis intelligitur: Est quide Deus essentia sine causa, & omniù essentiarum supersubstantialis causa. Dicitur autem à currendo. Esté illud currere non intelligendu de motulocali, transitus uidelicet de aliquo loco in locum alium, sed de Dei prouidetia, & efficaci operatione, ad omnia perueniendi. Velab ardedo dicitur, autab eo quod omnia contemplatur. Nam nihil eorum quæ funt, uim illam, qua cuncta perspicit, etfugere potest. Duobus autem modis uox illa Deus usurpatur in diuina scriptura, iuxta naturam, & gratiam. Deus quidem, natura & essentia Deus est. Per gratiam autem & constitutionem, iusti etiam dif dicutur. Dicit enim scriptura; Dixi ego, dif estis

αίθαρ

BEWREIP

& fili altissimi. Dictus autem est pater, ueluti qui omnia conservet, & taquam pater liberos suos custodiat & confirmet. Filius ideo dicitur, quasi dicas: Qualis secundum essentiam est pater, talis etia est filius, siue increatus ex increato, siue ex mortali mortalis. Spiritus aute πνευμα dictus est, quasi omnis nutus. Velociter enim quaqua uer= παρνιυμά. fum uergit & mouet. Dicitur uero spiritus in divina scriptura quadrupliciter. Spiritus Sanctus, angelus, anima & uentus. Mens etiam aliquoties spiritus uocatur. Ater- aidus dei num est, quod æternum permanet. Porrò non omne quod æternum est, sine princi= suayor. pio dicitur. Omne uerò principio carens, etiam æternum dicitur. Et principio carens dicitur, quod principium non habet. Ato hoc est Deus, ideo (principio carens & eternus dicitur, hoc est sine fine. Angeli autem & anime non dicuntur esse sine principio, initiu enim acceperunt & creati funt à Deo. Dicuntur autem æterni, quandoquis dem immortales sunt & æternum uiuent. Idioma dicitur, quod tanquam proprium in natura subsistit, & in alia nulla substantia reperitur. Velut in homine ridere posse, negenim in alia aliqua natura consimiliter est risus. Quid dicitur natura! prois pro Inde natura dicta est, quod ita nata sit & existat, quemadmodum etiam essentia, tan- sou quasi quam existens & in ueritate cognita. Rursus dicta est natura, à nascedo & germinan son do. Natura, essentia, genus & forma, unum sunt. Facies autem, character, hypostalis, proprium & individuum, unum quog & idem funt. Nam aliud est natura, aliud hy-Si quis ergo de Diuinitate quærat, quot confitearis naturas: Responde unam, hypostases uerò tres. Quòd si quis de incarnationis dispensatione interroget, quot naturas confiteare: responde duas, unam uero hypostasim. Christus enim duas essentias & naturas habet immutabiles & inconfusas. Divinitatem & humanitate in una hypostasi, Deus persectus & persectus homo cognitus. Atcp propterea duas na= turas in una hypostasi confitemur incarnationem domini nostri lesu Christi & Dei.

In confessione uerò divinitatis sacræ Triadis unam confitemur natura, hyposta= ses uerò tres. Patris enim & Filij & Spiritus sancti, una tantum est natura & essentia, una potestas, regnum & potetia. Tres autem sunt hypostases, tres characteres & tres personæ. Hoc est: Pater & filius & spiritussanctus. Vna in tribus personis diuinitas agnoscitur. Dicendum est igitur generalius quid sit essentia, & quid sit hypostaa sis. Atq; essentia quidem, genus, natura & forma, sicuti dictum est, idem sunt. Persona item, character, hypostasis, individuum & propriū etiam ipsa unum sunt. Nam natua ra in se multas hypostases continere potest. Homines etenim uno corpore & uno spi ritu constantes, omnes eiusdem sumus naturæ & essentiæ, sunt uerò multæ hypostases. Namideo dicitur hypostalis quod essentia sublistat. Atque natura quidem & essentia dicuntur universales, hypostasis uerò partialis. Et universale quide nominatur, quod universaliter omnia comprehendit & continet. Partiale aut quod aliquam haber essentiæ partem. Verbi gratia: Si hominem dicas, iam quemuis homine dixisti. Nam universale hoc est & essentiale, & omnes homines dicutur: eadem enim omniu est essentia. Si uerò Petrum, Paulum aut Ioanne dicas, tunc unum hominem denotasti, eo o hoc partiale sit. Est enim comune, si hominem nomines, quando quidem om nes homines ita nominantur. Est uerò uniuscuius nomen partiale. Porrò congenit, ut is qui reru naturas cognoscere uelit, etiam sciat quale sit id quod partiale, & quale sie quod universale dicieur. Nece enim solumodo in hominibus, sed etia in quacunca re coelestium & terrestrium hocreperitur. Manifestius ergo de istis nonnihil dicen= dum. Nam hæc plane sunt necessaria, ijs qui diligentius de aliqua re sunt inuestigatu ri. Ad hunc ergo modum dicimus. Si angelum nomines, iam totam expressisti esfentiam angelorum. Nam comune hoc est angelorum nomen & essentiale, & sic om nes angeli dicuntur. Si uerò dicas Michaelem uel Gabrielem, unam dixisti hypostafin, hoc est, unum angelum tantum. Natura enim dicitur angelica essentia, hypostasis uerò est uniuscuiusque angeli appellatio. Etenim una quædam communis est hominum natura, humanitas: hypostases uerò sunt Petrus, Paulus, Thomas, & aliæ personæ & characteres. Natura igitur est domina & genitrix hypostasium. Propterea rurfum dicimus: Si dicas, Bona est natura angelus, totam essentiam eorum significasti. Si uerò dicas, Magnus est Gabriel, unam ex omnibus hypostasin nominasti. Et si uola-

tile nomines, ecce significalti totam uolatilium essentiam. Si columbam, autturtur rem, aut lusciniam, aut pauonem uel cygnum, hypostases sunt ista tantu. Non solum autem spiritualibus, rationalibus & animatis quadrat ista regula: sed etiam omniina. nimatæ, no sentienti & immobili naturę, adhiberi potest. Verbi gratia: Si dicas quod Deus creauerit lucem, ecce totam essentiam luminariorum significasti. Ipsa porrò es fentia dividitur in suas hypostases, utpote in solem, lunam, stellas, lucernas, cereos, & alias differentias. Similis estratio de uentis. Quod si uentum nomines, iam omnenaturam uentorum nominasti: Si uerò Austrum, Boream, uel Euroaquilonem, tantum sunt hypostases. Rursus si arborem dicas, totam arborum essentiam significasti. Si ue rò ficum, aut nucem, aut castaneam, aut amygdalum, unam tantum hypostasin arborum dixisti. Rursus si aquam dicas, totam aquarum naturam dixisti. Si uerò mare, aut paludem, aut puteum, aut fontem, unam tantum aquarum dixisti hypostasin. Denice si fluuium nomines, omnes fluuios nominasti. Quando uerò Mæandru, Euphratem aut Nilum, tunc fluuiorum una tantum dixisti hypostasin. Et in cæteris omnia similiter oportet inuestigare, ut quemadmodum scriptum est, intelligantur & cognoscana tur, discernanturci inter se natura & hypostasis. Nam natura, radix est rerum, & sons. Hypostasis uerò naturæ pars est. Sunt hæc is qui ea quæ in mundo sunt, diligentius cognoscere & scutari uolunt, cognitu necessaria.

DE VOLVNTATE, IDIOMATE, ACTV, VNIO-

ne,& consubstantiali.

Quid est uoluntas? Voluntas est intelligentis & rationalis substantia appeθέλημα, titus, ad id quod animum suauiter afficit. Nam quicquid intelligit, costat quod etiam ย์สุข ม่อง uoluntate ducatur. Voluntas enim à ualde currendo dicitur, aut apprehendendo id quod approbat, eich placet. Tripliciter autem consideratur uoluntas: diuina, angelica, & animalis: quia tantu tres ista natura uoluntate ducuntur. Tripliciter autem & inscriptura uoluntatem inuenimus usurpari: diuinam, deinde naturalem uel mediam, tertiò carnalem, quæ diabolica significat. Voluntas diuina, sunt mandata Dei. Voluntas naturalis, est operatio diuinæ uoluntatis. Carnalis uerò uoluntas, est legis divinæ transgressio. Triplex ista voluntas est in homine. Est etia alia naturalis volun tas, quæ comunis est omniu hominum, quæ est cupiditas uitæ. Nam omnes homines uitam amant. Et in aspicienda contemplanda que, communem uoluntatem quoq uidere licet. Sunt etiam alia uoluntatis genera, que dicuntur sententiarum. Nam alius uult uiuere priuatus, alius rusticus, & alius nauigare, alius uero frui quiete, & alius peregrinari, alius uigilare, & alius dormire, & cateri similiter alius uult aliud:na multas uoluntatis sententias habemus. Vnam uerò unluntate naturalem omnes accepimus amare uitam, uidelicet immortalitatem quam accepimus primitus.

DICITVR IDIOMA. QVID Idioma dicitur, ideo quòd simul sint propria. Inseparabiles enim sunt à suis naturis & hypostasibus proprietates ipsarum. Idioma est, quod in una aliqua natura proprie cognoscitur, & in alia nulla reperitur. Veluti quum dico, in Deo est, q est ante æterni tatem temporu, quod est increatus & immensus, que in alia nulla usqua sunt substantia. Angelorum idioma est, quòd affectibus passiona caret & sunt immortales, quòd sine intermissione laudibus Deum concelebrant. Idioma uerò hominis est, quòdex mortali & immortali natura copolitus est, quòd in alia nulla usquam substatia reperi tur. Atq hæc quidem sunt idiomata naturalia. Alia sunt extraordinaria, ut albedo, nigredo, logitudo, breuitas, uiriditas, uelocitas, tarditas, & similia, quæ non in omnibus hominibus reperiunt. Non enim omnes homines sunt veloces, necomnes sunt ruti-Naturalia aut idiomata pariter in omni specie reperiunt. Na omnes homines pariter cibis ad sustentatione fruunt, et sunt mortales, rationales, latos unques habetes, et incedentes erecto corpore. Sunt aut & alia quæ non proprie dicunt idiomata, sed accidentia uel cotingentia, quæ adsunt substatiæ & recedut, utpote infantia, sanitas, mor= bus, caliditas, frigiditas. Denice quicquid mutari potest, cotingens uel accides dicit,

DE ACTV. Actus, quemadmodum sanctus Gregorius Nysenus inquit, est naturalis cuiusque rei potentia & motus. Nam quoduis essentiale suam habet essicaciam. Vtpote, intel-

ligentia intelligendi, sentientia sentiendi, motiua mouendi, ualatilia uolandi, natatilia natandi, germina germinandi, reptilia reptandi, lucentia lucendi, & generatiua ge nerandi uim habent. In quibus ablata rursus ui illa agedi, tollitur & interit ipsa rei natura. Sublato nance calore, ignis extinguitur, sublato animalis motu, animal interit: fublata ui intelligendi, animæ interit intellectus & ratio. Hoc autem admirādum est, quod differentes quædam naturæ suis naturalibus actionibus privatæ, aliam efficien di uim generant. Veluti lapis adultus, naturalem suam uim amittit, & fit inextinguibi lis, atcp uim adurendi retinet. Ad eundem modum cedrus, amissa ui germinadi, tanan di efficaciam accipit, & uermes baccarum suarum odore interficit. Oportet igitur ut prudentes, appellationes rerum coliderent, & dijudicet, quò constet, quomodo plures omnis generis substantiæ suarum actionum nomina, sed non naturales appellationes habent, quas ex proprijs actionibus acquiliuerunt, habentos, & inde dicutur. Etenim ut iam antea diximus, sicut dicitur Deus à F Dewger in wart, id est ab eo quod cotemplatur omnia, & angelus ab angelica operatione & ministratione: & ho mo ἀρ τ ἀνω θεωρών τ ωπα, id est ab eo quod uultu superna suspicit, ita & in reliquis. Virgo nanq, wapθήν, à mortificanda carnis inflamatione dicitur, πθι steä, id est columba, ob id uocatur οππέπη εεβρως, id est, quod firmū habeat uolatum, & ελαφω, id est ceruus, an of thay and opes, id est ab eo quod serpentes tollit, xthis wy, id est hirun do da π τα χάλη δυμάμ, id est propterea quod garriendo labía mouet, οφις serpens, τέresip o pis, id est, qui loquitur, uidelicet quod olim Eux loquutus est, obenics, id est, caprea en + ofews degrap, id est ab acumine uisus, τουρών, id est, turtur, ή τυρβοα τω γονω, ที่ได้ ว่า อัเหยอง yev @, id eft, servans stirpem, uidelicet proprium genus, ลิทศโลย, id eft lu Icinia, ofa raddy, propterea quod irremisse canit, cum astate tum hyeme, you, id eft, uultur da vo yvestile vila, propter sublimem volatum, acte , id est aquila, da viris, multos annos uiuit, ποταμός, id est, fluuius, ώς πότημον έχων ένες γίαν, id est tanquam po tabilem habens energia χάμαβέ, id est torrens, စီက တို χရိนထား၊ မှု propterea quod hye. me fluit. φύσις, id est natura, in + φύζυ τάς ύπος άσζε ab eo quod substantias rerum ger minando producit, Boravi, id est herba da vo Ballely ava, ob id quod sursum nascendo tendit, quemadmodum & arbewwo, id est, homo en Fara beween ab eo quod qua superna funt uidet, 40x, id est anima ex propria energia hoc nominis habet. Na 40x4p idem est quod uiuificare: ob eam causam anima Vixa dicitur: corpus enim uiuificat. Sunt & alia quædam quæ ad hunc modum propriarum energiarum appellationes habent, quæ non recensemus, ne omnia adnumerare uelle uideamur.

Quid sit unitas, & quot modis intelligatur. Vnio quide est reru inter se distatiu comunis couenietia queda. Dicta aut est unio, ppterea quinufiant, hocest, ques coeant & comisceant. Porrò quing modis unio dicif:com xtiua, diuiliua, habitualis, politiua, & unio fancia Christi, que præterea seçudum hypoltalin dicta elt. Atqunio quide comixtiua dicif, qualis est uini & aqua. Diuiliua, qualis est hominis ad homine. Habitualis, qualis est auri ad aurū. Vnio aūt Christi supra illas secudu hypostalin dicit. Secudu hypostalin uerò unio, est p se subsi stës couenietia duaru naturaru in utero sanctæ Deiparæ uirginis. No em ante uerbu ad Deus est, substantialiter ibi fuit corpus, uel anima, sed simul caro, & Deus 9 uerbu est, simul: caro animata & rationalis simul in eo fuere. Queadmodu de nostra quocs coceptioe uidet, 9 anima p le lublistes limul cocurrat cu corpore. Na corpus p le coli îtere no pot, nec anima lubliftit ante corpus. Que unio, uniois dni fuit imago quedă.

DE CONSVBSTANTIALI. Quid est cosubstatiale, & secudu quid dictu est cosubstatiale, & quotupliciter cosubstătiale dicitur." Cosubstătiale dicit, 3d est eiusde substătie & efficaciæ immutabi liter. Nă ideo colubitătiale dicitur, o eande habeat lubitantia & uim. Dicitur autem quinc modis. Consubstătiale, simul genitu, congenitu, simul natu, & quod est eiusde generis. Consubstătiale aut est, quod eiusde quidem est substătia, sed aliqua tame difterentia habet: uerbi gratia, Lapis cariofus, & folidus, uel durus, confubstatiales, hoc elt, unius & eiusde sunt substatia. Ita lignu palma, & hebeni lignu. Et, caro cameliac caro piscis. Hæc consubstatialia dicunt, eo o eiusde sunt substatiæ. Quemadmodum

Cc 4

omnes homines eiusdem substantiæ sunt, suas tamen disferentias habent, propterea quòd alius quidem procerus, alius breuis, alius clarus, alius obscurus. Verütamen pa riter unius & eiusdem sunt substantiæ, quantū ad animā & ad corpus. Alterius uel diuersæ substantiæ sunt, quorum substantiæ disferunt & omnino non cohærent, sed ex omni parte aliud ab alio dissimile & alienum, ut ignis & aqua. Nam ignis alia, & alia est aque substantia. Ideo diuerse substantiæ dicuntur, eo quòd utrunce aliunde natum & alterius generis est: uelut homo quoq & Deus, angelus & lutum, sol & sænum. Nam hæc omnibus modis inter sese dissimilia sunt & aliena, ideo es diuerse substantiæ dicūtur, utpote quòd hoc nihil communicet cum alterius substantia, sed alia quidem illius, & alterius etiam alia sit substantia, sicut dictum est.

DE ANIMA ET MENTE.

Dupliciter dicitur anima. Altera quidem est irrationalis, quæ bestiarum est:altera uerò rationalis, quæ est hominum. Atquea quidem quæ bestiarum est, opisici suum ex terra accipit iuxta mandatum Dei, quemadmodum diuina dicit scriptura: Et dixit Deus, Producat terra reptilia animaru uiuentium. Ergo animalia bruta exterra acceperuntanimam suam. Ideo quad terrena solumodo habet affectionem & omnem appetitum, nec est illis rerum cœlestium cura. Quomodo uerò anima bestiarum ex terra facta sit, dicemus. Dedit terra iuxta præceptum Dei bestijs carnem. Caro sanguine est operata. Sanguis autem animalis, anima facta est animali irrationali. Quare mortuo rurfus animali, fanguis concretus & congelatus, in carnem transmutatur: caro au tem corrupta & resoluta, terra fit rursus. Atq; eam ob causam ignorant animalia bruta,neq curant res colestes. Sed homo ex inspiratione divina suam animam accepit, ideo res diuinas agnoscit, superna persequitur, & res coelestes intelligit: estos rationalis, & mente præditus. Cæterum nemo existimet, quod ille spiritus quem in hominem inflauit Deus, factus sit anima. Absit. Sed spiritus ille perficit animam. Nam siin homine spiritus ille esset anima, esset nimirum ex Dei essentia. Si ergo ex Dei essentia esset anima, inalterabilis utich semper esset & immutabilis, qualis est Deus. Inquit enim iple: Ego iple lum, & non lum permutatus. Anima autem interdum quide stulta est, interdum sapiens, interdum peccatrix, interdum iusta, & alio quidem tempore fidelis, alio uerò tempore incredula, aliquando rerum ignara, aliquando sciens, nonnunquam prompta, & aliquoties tarda. Cum hæc in fele habeat anima, quo'nam paco dici potest, quod ex Dei sit essentia: Illud haudquaqua esse potest. Sed hacinipiratio animam in homine fabricata est, rationalem & intelligentem. Quapropteranima quoc ductu intellectus imaginatur superna, & quæ illic sunt quærit, appetit & desiderat, quoniam illine habet creationem sua. Irrationalis autem anima non sic, sed quia terrestris est, solumodo terrestria quærit, ideo qua cum corpore quo quo moritur. Anima uero hominis æternum uiuit, & no habet finem. Habet autem anima tres partes:rationem, animolitatem, & appetitum. Atq per partem quidem rationalem, Deum diligit. Per animolitatem uerò dæmonibus irascitur, & sese strenuè aduersus cos gerit. Et per partem appetitiuam, appetitæterna bona. Habet autem homo fenfus quing corporales, & quing animales. Atq corporales quidem funt isti, uisus, auditus, olfactus, gustus & tactus. Consideratur uerò in uisu quidem, album & nigrum. In auditu, acutum & graue. In olfactu, gratus odor & graue olens. In guftu, dulce & amarum.In tactu, durum & molle, calidum & frigidum. Sedes autem fensuum anime func ista: Mens, intelligentia, opinio, phantalia, & sensus. Dicitur quiniuscuius fensus organum, sensorium, eo quod sensum conservet, animal sensitiuum. Estautem operæ precium & hoc cognoscere, quod quæuis caro corpus quoq dicitur, nonautem quoduis corpus dicitur etiam caro. Etenim stelle cœlestia corpora dicuntur, non tamen uocantur cœlestes carnes. Atque corpus quide dicitur dupliciter: Corpus mate riale, & corpus subtile. Ac corpus quidem materiale est, quod prehedimanu potest, & quod corruptioni mortiquest obnoxium. Corpus uerò tenue est, quod non coprehendi uel tangi potest, ut est sol, luna, & stellæ. Corpus autem crassum & materiale, quod caro dicitur, ex quatuor elementis constat, sanguine, phlegmate, humore & cholera. Videlicet, ex aere, terra, igne & aqua: hoc est, ex calido, frigido, humido & ficco. Sed calidum & uitale elementum, aer calidum & humidum, terra ficcum, aquæ humidum elementum pariunt. Atq hæc funt ex quibus constat homo, maxime autem hominis caro, ideo post mortem in ea rursus resoluitur.

DE CORRVPTIBILI.

Quid sit corruptibile, unde dictum, & quot modis dicatur. Dupliciter corruptibile dicitur, corporaliter & spiritualiter. Ac spiritualiter quidem, ut quum peccauerit quis, dicitur esse corruptus, quemadmodum dicit scriptura: Corrupti sunt & abominabiles facti in iniquitatibus. Corporaliter uerò corruptibile tribus modis diacitur: Mors, Corruptio, & Interitus. Mors dicitur, animæ separatio à corpore. Corruptio uerò est, quando corpus à uermibus consumitur, & solumodo relinquuntur os sa. Interitus autem uocatur quando putrescunt ipsa quoque ossa & absumuntur, abeuntés ne amplius extent. Hoc enim de Domino nostro lesu Christo quoci dicimus, quòd mortem tantum subierit. Corruptionem uerò aut interitum sacrosanchum eius corpus neutiquam sustinuit, sed resurrexit die tertia primogenitus factus ex mortuis:

24

OVARE DICITVR PRIMOGENITVS?

Eo quòd primus ab inferis refurrexit, quemadmodum etiam nos refurgemus in secundo aduentu. Quia autem ante illum Lazarus resurrexerat & lairi filia, multiqualif, quare non illorum aliquis primogenitus uocatus est est deo quòd illi post resurrectionem suam emortuis, rursus mortuis unt. Christus autem non amplius est mortuus, sed quod in resurrectione nobis eueniet, id ipsi iam contigit. Nam primus ex mortuis in ea resurrectione resurrexit, qua est in incorruptibilitate, cuius nos quocos speramus in suturo participes sore, qua resurrectionem nulla mors amplius sequetur.

Verbum dicitur tripliciter. Verbum substantiale, quod est Deus, qui uerbum dicitur. Verbum internum, quod est angelorum, & quod in mente nostra dicitur. Verbum enunciatiuum, quod enunciatur per linguam, & quod mentis nuncius quoq di citur. Dictum est autem uerbum à dicendo.

QVID EST CHRISTIANVS?

Christianus est uera domus Christi, & rationalis, per bona opera & recta dogma ta constructa. Hæreticus autem, est calumniator & accusator ueritatis, uel, falfa opinio eius quod non est. Immutabile est, quod se semper similiter habet. Naturale est, quod naturaliter inhæret: uel, ueritas uere cognita. Præter naturam est, quod Deus uel non sic creauit, uel quod omnino non creauit, qualia sunt peccatum Tria funt quæ de hominibus prædicantur : Secundum naturam, præter naturam, & supra naturam. Secundum naturam, est matrimonium: præter naturam, scortatio: supra naturam, uirginitas. Et, secundum naturam sunt opes iuste acquisita, præter naturam auaritia, supra naturam inopia. Item, secundum naturam est temperantia in cibo, præter naturam crapula, supra naturam ieiunium. Similiter, secundum naturam est pax, præter naturam tumultus, supra naturam erga inimicos electio. Et in cæteris similiter. Etymologia est, quæ uim nominis alicuius recte designat, & exiplo sensu explicat : ueluti, pax est inde dicta, quòd mentem tranquillam reddat. Tumultus, à facilitate confundendi. Error, ab eo quod oblique mentem trahat. Tem perantia uel quod salutaria provideat, uel quod corpus à sordibus conseruet. Scortatio uel ab eo quod iuuentutem inflamet, uel quod tam diu impugnet, donec memtem oculis priuet, uel quod à longinquo annuat. Similiter & in reliquis. quia ex quatuor elementis compositum est, rursus dissoluitur, & ad nihilum redigitur. Propterea corpora tam hominum quam bestiarum facile corrumpi posiunt, itatimés moriuntur, ex quatuor cum constent elemetis: terra inquam, aqua, igne, & aere. Nam ea quæ ex istis constant, semper generantur, semper corrumpuntur, elementorum uidelicet dissoluta compositione, & quolibet in suum locum recepto. lpsa uerò elementa, simplicia cum sint & incomposita, suam quoque stabilitatem semper indiffolutam retinent.

DE ANIMA.

De anima autem hoc dicimus: Quod quino sunt affectus, in ea qua animales affectus

affectus uocantur. Sunt autem isti: Ira, dolor, metus, solicitudo, & inuidia. Qui ergo prudentia mentis præditus est, poterit illis imperare. Est autem anima per se calida, tanquam ardens ignis. Sicut igitur ignis ea quæ funt in ollam polita, coquit: Sicanima que igneam naturam habet, cibos in uentriculum receptos imminuit & columit, Nam anima non propterea psyche uocatur, quod essentia sua sit frigida, sicutrudio. res quidam existimant, sed propterea quod magno suo calore humores extergat, sia cut ab effectu solis manifeste declarari potest. Na calidus cum sit & ignitus, siccat lutum & omnem humorem sursum trahit. Quod aut anima naturaliter sit calida, comprobatur à morientibus quoq. Quam enim primum anim recedes, corpus reliquerit, omnia statim membra sunt frigida, frigorece haud minus quam glacies hyemalis congelata relinquuntur. Quamdiu enim abundanti cibo anima reficitur, uiget corpus, & ualet uiribus. Quando uerò cibis destituitur, absumit & corrumpitipsum corpus. No enim potest corpus absq cibo animæ caliditati resistere. Quemadmodunec æneum uas ad fornacem politum, ignis uehementiam ables aqua ferre potest: (nimio enim ardore siccatur, & tandem dissoluitur) ad eundem modum olla corporis, sinon habeat cibum, ab ignita anima accensa, penitus interit. Quod si aliquando de anima dubitet aliquis, ab ipfo quære, num anima hominis in toto corpore sit, uel in uno aliquo loco. Etsi in toto corpore respondeat animam esse, interroga, quomodo abscissa manu uel pede, non ascindatur anima, & adhuc uiuat homo, ac nondum moriatur: Quòd si dicat in parte aliqua animam esfe, rursus quære, quo'nam pacto homi nis aliæ partes effe queant ableg anima, & quomodo membrum inanimatum habere possithomoritem quomodo possibile situiuere sine animar Nam quicquidanimam non habet, mortuum est. Quare nescis quid dicas. Ego uerò tibi dicam, qua in parte, guomodo & ubi requiescat anima. In tribus locis corporis suam habet sedem. Etsicuti folis radius unum aliquem locum occupat, & in domum penetrat, illuminatuero totam domum: Sic anima quoce in tribus istis partibus corporis residens, totam domum corporis uiuificat. Habet autem anima sedem suam in corde, in posteriori parte capitis quæ caua uocatur, & in balilicis uenis. In iftis igitur tribus partibus habitat anima. Quare, si cor uulneretur, aut ex basilica uena multu sanguinis essuat, aut fi caput cædatur, uel gladio secetur, statim à corpore recedit anima, & mortuum corpus relinquitur. In istis porrò tribus partibus anima sedem habens, in totum corpus uitalem suam potentiam distribuit.

DISPUTATIONIS ATQUE CONTROS

versiae svper fide Catholica, inter divvm athanasium prius Diaconum, deinde quoc Episcopum, & Arium, coram Probo iudice gentili à Constantino Imperatore delegato habitæ, Præsatio, docens contemporaneos suisse, inter quos lis acta dicitur.



v M in manus strenui lectoris, beatissime papa Materne, liberisteà catholico sacerdote, & probatissime uite beato Athanasio contra hæreticos, id est, Sabelliū, Photinū & Arium disputatus peruenerit, ilico respondebit: Et quomodo sieri potest, ut cum sancto Athanasio successore beati Alexandri episcopi habuerit Arius constictum, cum constet eum, sicut in Ecclesiastica historia legitur, turpissima

morte, id est, exemplo ludæ traditoris domini nostri lesu Christi suisse sulum, ut quod sætida mente conceperat, sætido terminaret sine e Sed si illud recolat quod in Chronica sua beatæ memoriæ Sulpitius Seuerus posuit, dicens: Duo Arij tanquam duo serpentes ex uno ore sibilabant, duos Arios suisse euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Ario superstite, non cum illo qui susus est, aut cum aliquo Arianita, sanctum Athanasium inisse constictum. Quapropter oportet opus, ut credimus, à domino impletum, à catholicis sæpe relegatur, ut cognoscant qualiter hæreticorum possint uitare uenena, & sidem suam absepulla hæsitatione, domino auxiliante, ualeant custodire.

EIVSDEM

EIVSDEM DISPVTATIONIS INTRODUCTIO, ORIGInem eius, & Arij perfidiam declarans.

v m apud Nicenam urbē, à trecentis dece & octo Episcopis, ex Euage licis Apostolicisco doctrinis, spirituali vigore preditis, sides ecclesie cofirmabatur:lbi Arij perfidia, Costatino Imperatore præsente detegit. Et cu eius perfidiæ dogma eorunde epilcoporu lententia refutatur, Arius ab ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cucto rum inficeret mentes. Sed ubi Imperator coperit integraab episcopis fidem ecclelie, ut est ab Apostolis tradita, sanctius cofirmari, præcepit eunde Ariū, ut rebellem sacre fidei exilio relegari. Sed sicut Eua serpes in paradiso dolosis persuasionib. laqueauit, ita quoce Costantia germană eiusde principis, per quendă satellite, Arij perfidia îrretiuit. Et latuit in ea diaboli uirus, donec tepus erupendi quo ea impleuerat inueniret. Igit cu in ultimo sui obitus die frater uisitatione eius perfruitur, statim ab ea innoceti fratri ueneni pomu uerbo porrigit. Et ilicò, exeplo primi hominis, nescius in pertrasgrellionis uia dilabitur, qui uiperinis expostulationibus sensum accomodare uidet. Arius ergo, qui dudu ab eo taqua facrilegus fuerat relegatus, ad nece fideliu animaru ex exilio reuocar, & fide sua principi callidis seductionib.pandes, frustra se affirmabat ab episcopis suisse damnatu. Ea scilicet causa, idem Imperator præcepit apud Ale xandria synodu cogregari, ut si uera eius assertio doceretur, uenia post sententia subsecuta, ecclesie redderetur. Et ut omnes de cius correctione gaudêtes existeret, & exinde ad dedicatione Hierofolymitanæ ecclesiæ pacatius pergeretur. Deniq cu cause eius ab episcopis diutius cotrectaretur, ide Costatinus Imperator in suburbano quo= dã, cui Nicomedia nome est, finali ordine trigesimo primo Imperij sui anno die clau sit extremű. Qua ordinatione prædicto satelliti tradidit Costantio reservadam. Qui du polt sui genitoris obitu aduenies suscepisset imperiu, sicut à Costantino delegatu fuerat, ab eodem Costantino testameto cotradicit. Quin ob huius rei gratia, in tanta apud eum ide presbyter familiaritate elt habitus, ut no ia presbyter, sed pater imperif uocaretur. Et qui ob imperadu Imperator fuerat eleuatus, sub huius presbyteri impe rio uidebatur additus. Ad cuius iussione Arius est in ecclesia reuocatus, cuius doctri nam rudis princeps impis sensibus retines, fidem catholica respuit, & à paternis tradi tionibus facrilego more desciuit. Qui teporibus suis no leue ecclesia Dei, uel sacerdotibus insecutione intulisse uidetur. Quo etia tepore plurimos martyres, multosco cofessores fecit. Alios quoce effossis oculis, ac poplitibus amputatis, semiuiuos reliquit Nonnullos uero rabido furore arreptus infanie, proprijs sedibus relegado damnauir: In quibus domini dictu uidetur effe copletu: Si me, inquit, perfecuti funt, & uos toante persequetur. Hic igitur priusqua Ariminu uel Seleucia ex universo orbe dolo cogre garet domini sacerdotes, totu unu facere cupiens quenda iudice, nomine Probu, sua autoritate suffultum, arbitruinter eundem Arium atc Athanasium adesse præcepit. Illum utiq, quem fidelem in regno suo, & omniumundanaruliterarum artium q præ cæteris hominibus probauerat eruditū. Qui omnibus curis publicis procul amotis, iniucta sibi omni celeritate maluit adimplere, ut iussis imperialibus pareret, & fidem veracissimam suo examine comprobaret. Hicitacp cum apud Laodiceam urbem Sy riæ secundo Constantif imperif anno uenisset, pro tribunali in auditorio sedens, turbis hincatque inde astantibus, Arium atq Athanasium his alloquitur verbis.

ANTEDICTAE DISPVTATIONIS LAODICEAE HABItæinitium,in qua interloquuntur Probus iudex, Athanasius, Arius, Et interdum qui hæc traduxit Author. PROB.

Lorioli ac pijllimi imperatoris Costantij epistola sacra comonitus, precepi inter uos negotium fidei uentilari. A THA. Et quis tam uecors audeat principalia præcepta renuere; PRO. Ergo uenerandi Augusti sacra legatur epistola. A v. Et recitata est: Constantinus Constantius pius, perpetuus uictor ac triumphator semper Augustus, Probo iudici falutem. Divino munere paternum adeptis imperium, illud est nobis primitus eni-

tendum, ut hæretica conversatione deleta, sacræ nostræ sidei conjunctus orbis gaudeat universus. Quonia, quia peruerso itinere convertit impium, salvat animameius. & suorum multitudinem peccatorum cooperit. Et quoniam nuc pleros reperimus huius sceleris socios, hanc perfidia ritu sacrilego percolentes, asserentes se integram fideiregulam retinere, qui non solu homines impia seductione falletes, uerumetiam & ingenitæ maiestati iniuria irrogantes, & fili creatam substantiam eius divinitati iungentes. Monemus itaq, ut nostræ maiestatis autoritate percepta, inter Arrium ue nerabilem presbyterum, & Athanasium eiusdem autorem erroris diaconum, huius negotij examen facias uentilari. Precipue fuadens, ut animi peruerlitate depolita, ueræ fidei ac probatæ colla submittat. Hæc nostræ mansuetudinis ac pietatis præcepta, folita temeritatis audacia cotemnentes, ad grauem nos concitent iracudiam. Etlicet huius fidei munus necdum perceperis, sapientia tamen qua præ cæteris polles, cuncha te credimus posse sine cuiusqua susceptione persona, fideliter definire, Deoplus quam homini placiturum. (Et alia manu.) Optamus te bene ualere. Datum Constan tinopolisub die XII.calendas lanuarij. PROB. Venerandi principis sacra, qualecha est, gestis indatur. A v. Et adiecit. PROB. Prospiciens in idolorum cultura nullam ueri numeris maiestatem consistere, Christianus memetipsum dogmatibus subiscere uolo, quibus aftruitur unus & uerus deus effe, qui uniuerfa, quæ uidentur, & quæ no uidentur, uirtute uerbi sui creauit. Et quoniam cum plures Christiani nominis titulo censeantur, à ueritate eius fidei procul aberrare dicutur, diuersa & uaria dogmatis instituta sectando, scire nunc magnopere desidero, quæ sit recti dogmatis sides, cuiremotis dubietatibus, ambagibus quo omnibus tenaciter inhærere queam, ne erroris cacitate exui cupiens, maioribus tenebrarum erroribus implerer, si passim, & sine ullo examinis discrimine alicuius secte que primo occurrerit, imitator existam. Qua utru praua sit necne, an ueritate suffulta, ignoro. Et ideo si placet, imò quia placere debet, unulquilqueltrum in conspectu nostro fidei suz sententiam padat, ut examinatione habita, quæ firmior cuclis & uerior reperta fuerit, huic omnes iure credamus, & huic indubitanter spreto fallitatis errore, obsequamur. AR. & ATH. Quomodo tantimysterif secreta comittere possumus, & rei inexpertæ arbitrium collocare, cum necdum gentilitatis maculam ueri dogmatis perceptione ablueris? PRO. Hoc est utio quod totis uiribus cognoscere cupio, quod sit rectum & ueridicum dogma, in quo meoporteat occulti mysterij sacramenta percipere. Nece enim modo mihi profundamysteriorum arcana patesieri desidero, sed illa nunc flagito demostrari, quæ in uestrafide extrinsecus habentur & publice predicantur, id est, quod unus idem querus deus, uisibilium & inuisibili conditor sit rerum. Et quia hocuos uno ore profiteri non ne scio, quæ causa extiterit, ut in tam uarias dividamini sectas, & quæ sunt uera, & quæ funt falsa, intelligi à nobis omnino no possint, priusquam uestro certamine digno pa tientiæ moderamine habito, quid sit congruu diligentius cognoscamus. ATH. Cum sis omni literarum genere imbutus, & Philosophicis disciplinis admodum eruditus: mirari usquequaco non debes, plurima penes nos & uaria nouitatum dogmata extitisse, cum apud uos tot sententiarum nouitates emerserint, quot pene nomina ipsoru continetur autorum. Nam cum tres sint in mundo religiones, ludæoru, Paganorum, & Christianorum, multis & longe discretis sententiaru diuersitatibus, unaquactreligio à seipsa discedes, in uarias proprig institutionis sectas divisa est, dum unusquisco suauitate recentioris sententia, no ueritatem, sed ueritatis similitudinem præferentis, ille ctus, antiquitus à patribus traditam linea derelinquit, eo irremediabiliter per auia praue oberrans, quo nouitate pro uetustate utitur tanquam antiqui limitis, & à patribus traditi uiam incedens. Aut enim multum sentit, & minus credit, & ideo mediu & rectum iter incedere nescit. Hæcidcirco præfatus sum, ut tibi clarissima ueritatis explorandæ indicia demonstrarem, ut agnoscere facillime queas, illum pravitatis errore inuolui, qui prisca apostolicæ sidei fundamenta deserens, ipse sibi pro suæ uolunta tis arbitrio sidem, qua sequi debeat, somniat. AR. Optime Athanasius: error me perfidie, in abiectis & nuper inventis reru nouitatibus confistere profitetur, Apostolico 1.Tim.6 in hocipsum cogruente testimonio quo ait: Profanas autem uocum nouitates euita.

Vnde obsecto, ut ab hoc inquisitionis tramite non recedas, diligentius atcp attentius inuestigado, quis nouo, quis ue antiquo utitur fidei sacramento CPROB. Vt hæc quæ asseritis facile innotescant, & ad lucem veritatis, remota omni ambiguitatis caligine ueniant, antiquæ fidei regulam pandite, & ita ut est ab Apostolis tradita, nostris auribus intimate. A R. & A T H. simul. Credimus in Deum patrem omnipotetem, & in lefum Christum filium eius dominu nostrum, & in spiritum sanctum. Hæc est fidei nostræregula, qua cælesti magisterio dominus tradidit Apostolis, dicens: Ite, baptiza-Mar.ult. te omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. PRO. Magno miraculi stu pore attonitus hæreo, tres à uobis deos prædicari conspiciens, à quibus ad unius Dei singularis potetiæ maiestatem confugiendu esse credideram. Vnde, que sit huius rationis fides, uel quid ista trium rerum, trium à uo cabulor un nomina indicent, nos breuiter informare dignemini. A R. Non quod tres deos numero infidei professione fateamur, sed credere nos in patrem, & filiu, & spiritum sanctum fideliter confitemur. PROB. Satius fidem uestra exponite, & quæ uel qualis sit in eadem uestra credulitate declarate. A R. Ego enim confiteor, ingenitu patrem ante omnia tempora filiunt inef fabiliter genuisse, per que, & in quo, uisibiles creaturas, atquinisibiles fecit. Quinouillimis temporibus propter humani generis falutem, à patre misfus, uerữ hominem in mundo gestauir, atquinuiolabiliter de Maria uirgine sine humani pudoris permixtione suscepit. Qui cum sit cratura sua dominus, no tamen potest genitori suo, aut in omnibus conferri, aut in aliquo coæquari. Quem & deñ, & sui originis profitemur autorem. Nec tamen ideo duo dij, quia & hic deus, nec ideo non deus, quia folus pater deus. Sieut non ideo non bonus, quia folus pater bonus, cum sit & filius, no folum bonus, sed & bonoru creator. Sed sicut ei non adimitur ne bonus sit, cum solus pater ipsius fili professione sit bonus, sic ei non aufertur ut Deus sit, cu solus pater sit Deus. Et sicut bonitas filij non præiudicat singularitati paternæ bonitatis, sic eius deitas non officit patri, ne unicus ac singularis sit Deus. Et hoc modo unum Deum profitemur, non negando, ut dixi, filium Deum, sed pene solum patrem unius divinitatis authorem costituentes. ATH. Bene patrem filium ineffabiliter ante omnia tempora ge nuisse, Arius sua professione diffiniuit, sed utrum filium ex ipsa patris essentia uel natura, uel aliunde genitum uelit afferere, hæc interim sua prosecutione reticuit. Ego enim patrem, & filium, & spiritumsanctum unius esse substatiæ, unius & naturæ confiteor.lta ut no ex nihilo,nece ex aliquo, sed de patre filium, & de patre spiritusanctum credam procedere. Et licet tres in sua proprietate subsistetes profitear esse personas, horum tamen natura una est, una é diuinitas coprobatur. PRO. Quaquam hec uaria, & longe diffimilis sententiaru uestrarum diversitas, magnam confusionis caliginem mentibus nostris incutiat, tamen ut cito his ambagibus exuamur, & que sit uere fidei professio cognoscamus, dignamini euidetioribus scripturæ divine testimonijs affertionum uestraru sententias comunire. Et ne longo orationis ambitu ipsius permixtæ disputationis confusione procul euagemini, singillatim fidem uestram, ut dixi, edicite. Sed nunc Arius prosequatur, & suam fidem ueridicis testimonijs astruere non gra uetur. A R. Quonia me primitus congredi precepisti, respodeat Athanasius, utrusimplicis nature sit Deus. A TH. Quis hoc impius negauerit? A R. Respondeat utrū etiam omnia quæ de Deo dicuntur, secudum essentiam accipienda sunt : A TH. No temere pronunciauerim, universa quæ de Deo dicuntur secundum essentiam debere accipi, propter nonnullos relativos nominum casus, secundum usitatu humani sermonis eloquium probatos, qui non proprie de Deo, sed personis & temporibus, uel quibuscunce rerum generibus coaptanturid est, cum se nescire, uel se iterum cognouisse satetur. Aut cum reru à se factarum poenitudinem gerit, & nunc se iratu nunc placatum ostendit. Quæ omnia, si secudum essentiam uolumus accipere, passibilem sine dubio & improvidam divinam profitebimur esse naturam, in qua autignoratia, aut ex tem pore orta cogitatio cadat, quam & tristitia poenitendo coficiat, & letitia subleuet uegetando. Quod quid aliuderit, nisi mutari ac perpeti, & instabili mobilitate hucil= lucce defluere: Vnde manifestissime coprobatur, non omnia de Deo secundu essentiam debere intelligi, sed aliquanta dispensationi respondentia, non natura eius con-

uenientia certo certius profitemur. PROB. Licet sufficienter & doctius, laudabilia terés responderis, non omnia de Deo secundum essentiam dici, latius tamen hæcabs te audire desidero, cum tui loci disputationis tempus affuerit. Nunc interim (ut antea fassus sum) Arius, ut coperat, prosequatur. AR. Si ea quæ in principio prosecutus sum, diligenter aduertas, illic omnem sidei nostræ credulitatem inueniens. ATHA. Sublistere ante secula filium, veraciter Arius profitetur. Quod autem de patre natus sit, sono tatummodo uocis, & simulata uerborum confessione, non ueritatis professione confidit, dum eum à paternæ naturæ substantia separat & conditione natura, non dispensationis ratione patri subiedum affirmat. PROB. Clariffimum fidei uestræindicium date, & quemadmodum credatis, recenti prosecutione signate, quo possitad normam propositæ confessionis disputationis in materia coaptari. ATHA. Ne uos grauem oratione longissima sensus, fidem meam breui sermone concludo. Patrem, & filium, & spiritum sanctum deitate, potestate, magnitudine, natura unum esse potestor. Nec aliquid in hac Trinitate nouum exteaneum'ue, ac si antea non fuerit, postea uerò adiectum sit, assero : sed, ut dixi, unius eam naturæ, unius substantiæ credo. AR. Sicut tres personas in sua proprietate manentes, ita tres substantias este, patris, & filij, & spiritusfancti, confiteor. Alia enim patris, alia filij, alia spiria tussancti substantia. Nec potest ullo modo ingenitæ substantiæ, aut genita fili, aut creata spiritussancii conferri natura. Vnde nec in potestate æquales, nec magnitudia ne similes, nec natura consortes, à nobis fideli confessione creduntur. PROB. Si hoc totum est, in quo à uobis inuicem dissentire uidemini, idest, quod unus diversas, alius Trinitatis unam dicit esse substantiam, id nunc disputationis ratio poscit, ut assertiones uestras non subtilitate argumentorum de industria dialectica artisuenientium, sed simplicibus & puris diuinæ scripturæ documentis robustius sulciatis.

A R I. Credo quod memorabilibus prudentiæ uestræsensibus Athanasi prosecutionem nequaquam subtraxit obliuio, qua id elegantius perorauit illum debere prauitatis errore notari, qui noua & inusitata uerborum comenta sectatur, adisciens Apostolicis dogmatibus, quod ab eisdem constat traditum non suisse. PROB. Ita memini. ARI. Ergo Niceni concisi decreta sectione pandantur, & agnosces Athanasium, uel cius autores, Apostolicam sidem nouorum adiectione uerborum eatenus corrupisse, eosci qui antiquis patrum inhæsere doctrinis, ambitione regiaus, censuerint seralibus relegandos edictis. PROB. Si præsentis negotij ratio postulat, ut decretum Niceni recitetur concisi, hoc quoch Athanasius sua prosecutione designet, ut ex utriusce uoluntatis assensu.

ATHA. Causæ congruit, ut rerum gestarum lectionis copia no negetur. PROB. Ergo ut desiderat, præfati decreti lectio uentiletur. Av. Et lectum est ita: Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, uisibilium & inuisibilium factorem. Et in unum dominum nostrum lesum Christum filium Dei, natu ex patre unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, natum non factum, unius substantie cum patre (quod Greci dicut homousion) per que facta sunt omnia, siue in colo siue in terra. Qui propter nostra salute descen= dit, & incarnatus est, homo sactus est, passus est, resurrexit tertia die, in cœlos ascendit, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, quod & de non extantibus, uel ex alía substantia aut essentia, dicentes mutabilem aut convertibilem Deum, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. ARI. Peruides uirorum optime Probe, istius decreta concili, in sugillationem apostolica sidei, ausu temerariæ assumptionis fuisse conscripta. Quid enim opus erat nouum hoc homous sion uocabulum antiquis dogmatum regulis inseri ? Nunquid enim Apostoli, uel eorum discipuli, atcy omnes per ordinem successores, qui usco ad illud tempus uiuen tes in Christi confessione homousion uocabulum ignorabate Impietatis sacrilegium in fidei ueritate secutos esse dicemus, pro eo scilicet, quod huius nominis notione privati, sine ipsius prædicationis assertione perrexerunt ad Christum. Si enima nobis, ut isti penitus mentiuntur, noua introducebatur contra Apostolorum statuta

n

doctrina, quid utics conueniens erat, nouæ à nobis ingestæ doctrinæ antiquis Apostolorum obuiare doctrinis, & nouitatem uetustati præscribere, non uetustatem nouitate peruertere? Vt quid mihi hoc nomen sequendum imponit? Vt quid me ad hu ius rei nouitatem uiolentius trahit? Vt quid hoc Apostolicæ sidei superadiscituerbum, cuius nec Prophetæ quidem, nec Apostoli uspiam faciunt mentioneme Quod illud quæso nomen est, sine quo sides integra esse no possit, sine quo Christiani Christiane religionis abdicantur honorer Vnum enim è duobus in hac causa sequineces se est: Si uera est homousij affertio, falsa erit Apostolorum prædicatio, quæ sine hoc nominelonga per tempora floruerat: Si uerò Apostolica sides huius nominis expers uera est: sicuti & est, hæc sine dubio falsa erit, quæ antiquæ sidei nominis nouitatem adiecit. Reuolue cuncta noui & ueteris Testamenti uolumina, utru alicubi homousion inditum paginis poteris reperire. PROB. Quid his refertur? ATHA. Nominis tantum offenderis nouitate, an etiam ipsius rei uirtutem, quæ hoc est sortita uocabulum, refugis? ARI. Quid dicas, non satis intelligo. ATHA. Quoniam res antíqua nouum nomen accepit, non uocabulo nouo nouæ rei uirtus accessit, hoc utique requiro, utrum res quæ antiqua est, simul à te cum nominis nouitate damneture ARI. Res loqueris tortuosas, & omnistultitiæ miraculo dignas. Si enim homoulion nouum nomen est, non dubium quin & res noua sit, quam significare ui-ATHA. Ergo pariter rem, nomen condemnas ARI. Itaplane. ATH. Igitur si demonstrauero rei antiquæ, & ab Apostolis traditæ nouum nomen attributum fuisse, uictum tandem fateberis? An etiam sic rem antiquam simul cum nominis nouitate condemnas? ARI. Hoc non ostendes. PROB. Et quæ ratio causæ flagitabatur, ut res antiqua nomen acciperet nouum; Nunquid enim priufquam hu= ius nominis uocabulum sortiretur, sine nominis proprietate manebat? Hoc mihinul lam rationis consequentiam habere uidetur. ARI. Optime. ATHAN. Ecclesiasticæ semper moris est discipline, si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, con tra insolentes quæstionum nouitates rebus immutabiliter permanentibus, nominum uocabula immutare, & significantius rerum naturas exprimere, que tamen existentium causarum uirtutibus congruant, & quæ magis easdem antiquitus suisse des monstrent, non ortus nouitatem mensurent. Et, ut quod dico, planius fiat, utor exe emplo in ipfo Christianæ religionis prædicationis nuncio: Omnes qui credebat do= mino nostro lesu Christo, non Christiani, sed discipuli tantummodo nominabantur. Et quia multi nouorum dogmatum autores extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolica, omnes sectatores suos discipulos nominabant. Nec eratulla nominis discretio inter ueros falsos quiscipulos, siue qui Christi, siue qui Dositæ, siue Theodæ, siue ludæ cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo, Ecclesiæ fatebantur, quin potius uno discipulorum nomine censerentur. Tune Apostoli conuenientes Antiochiam, sicut eorum (Luca narrante) testantur acta, omnes discipulos nouo nomine, idest, Christianos appellant, discernentes à communi falsorum discipulorum uocabulo, ut & diuini per Esaiam oraculi sermo impleretur, quo ait, Seruientibus uerò mihi, uocabitur nomen nouum. Hanc ergo ab Apostolis tradi= Efa.62 tam, nouis utendi nominibus formam, Ecclesia tenens, contra-diversos hæreticos, ut sane fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominum nouitates. Denice patrinouum innascibilitatis nomen Ecclesia imposuit. Cum enim Sabelliana hæresis genitum ex Virgine patrem uoluisset asserere, ingenitum contra hanc confitendo Ecclesia tradidit patrem. Vtiq in diuinis scripturis ingenitum nusquam legimus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumniæ obuertere quæstionem, & simili, ut tu, propositionis genere uti, quo dicat: Cur diuinis scripturis sine ullo prospectu pudoris uiolentiam facitis, profitendo innascibilem patrem, quod scriptum ostendere ualetis: Item, quia eum non solum genitum, sed & passum impio dogmate idem Sabellius profitetur, uobis in unum conuenientibus, inter cæteras quas pro= mulgatis fidei sanctiones, dixistis patrem impassibilem esse, quod religiose, sanchequos statuisse probamus. Sed hocitidem ille proclamat. Ergo usq quo uestra li-

centiæ audaciam protendetis profitendo, quod scriptum non legitis, impassibilem patrem, quod nec Prophetæ tradiderunt, nec symboli autentici tradidit autoritas, sed hoc & uestra temeritate præsumptum. Rursus prosequuntur ijdem ipsi qui Sirmio conuenerant. Et hanc religiosæ confessionis sidem, de silio statuistis, Deum eum dicentes ex Deo, lumen de lumine. Iam hic Photino, qui ex humanæ generationis natura initium tribuit filio, quanta calumniandi occasio pateat, ipsum te quoque metiri non pigeat. Cur enim non similes querimoniarum causas intentat, cur non simili nociferatione ipse quoq insaniat, dicens: Quid dicitis, quid statuitis, quid sequedum uestro iudicio posteris traditis, confitendo filium Deum ex Deo, lumen ex lumine: Ostendite mihi utrum in eadem filij Dei forma, id est, in autentico symbolo, quod A= postoli tradiderunt, hoc scriptum legeritis. Sed contentus sum, cum ibi scriptum non fuerit, saltem mihi de Prophetis legatur, de Apostolorum literis ostendatur. Quis has uocum tulerit nouitates; Quis hoc rudis admittere sensibus patiatur, quod neg Prophetæ, nece Apostoli tradiderunte Item similem patri filiu multis & creberrimis conciliorum uestrorum decretis statuistis. Exurgat nunc Eunomius, qui dissimilem confitetur, & dicat: Vbi hoclegistis, ubi hoc reperistis, utrum'ne pater aut filius hac dese usus est uoce: Ergo tu Ari, qui me hodie tali constringis articulo, ut homousion pro: prie politum in scripturis ostendam, aut facere contra insolentes & furtiuas haretica intelligentia prauitates, quædam confessionis nomina non temere præsumpta, sed ex consequenti ratione collecta, fidei autoritatibus fuisse inserta, ita ut tot nouorum uerborum religioso intellectui extiterint absolutiones, quot fuerint qualita uel subministratæ persidiæ occasiones. Autsi id fateri nolueris, tuis tecum obiectionibus agam. Oftende mihi non ex coniecturis, non ex uerifimilibus rebus, non ex ratione uicini sermonis, non ad intelligendum prouocantibus rebus, non ad profitendum pierate fidei suadente, sed pura & nuda uerborum proprietate, ostende scriptumingenitum, aut impallibilem patrem, uerum Deum ex Deo, lumen de lumine, aut patri filium similem esse. Nolo mihi dicas, hoc fidei ratio poscit, hoc pietas docet, ad hanc me domini professionem scripturarum consequentia prouocat. Nolo inquam mihi talia obtendas, quia & in me similia de homousij probatione respuis proferente. Sed fero in manibus divinorum voluminu codices, & eodem sono, issdem is syllabis præ= dictorum uocabula nominum indita lege. Aut ostede scriptum filium patri similem, aut fatere dissimilem. Quo hinc erumpas, quo rursus euadas ; ne tuis te obiectionibus implicitum propositionis nexus enodaditibi facultas nulla suppeditet, aut concede mihi ex consequentibus probare homousion, id est, unius substantiæ side, autsi concedere nolueris, neganda sunt tibi universa, quæ ipse fateris, quia ea nude posita inuenire nusquam uti poteris. PROB. Si ecclesiasticæ consuetudinis mos est, ut aliqua uerborum uocabula pro coercendis hæreticorti motibus, in fidei autoritate nuda ponantur, quæ tamen ratione consequentium rerum existentium uestiantur, dum eorum ueritas, ex qua originem sumunt, diuinis contineri literis inuenitur, quid dicis Ari, concedis homousion: sicut Athanasius dicit de divinis scripturis per convenientes professionum qualitates probari, an non: AR. Iste nescio qua syllogistica artis uersutia, obiectionem meam conatur eludere. Ego enim hoc mihi ostendi desidero, utrum homousion in dominicæ sit lectionis autoritate conscriptum, & ideo aut proprie politum legat, aut ab eius confessione recedat. PROB. Vides quemadmodum in te, tuam referat quæstionem, & isldem te quibus uteris, costringat articulis, professionis tue manifestiore, ut ipse exigis, documeto. Aut ei de canonicis literis nude positum ostendas innascibilem, aut impassibilem patrem, aut Deum ex Deo, aut lumen de lumine, aut patri filium similé esse. Quæ omnia, si proprie posita minime demonstrare ualueris, negandi tibi necessitas imminebit, cui discrimini illa, ut uidetur mihi, fola poterit ratio subuenire, ut concedatis uobis ea, quæ in concilijs uestris nude sunt polita, de scripturar u fontibus emanasse. Nam hoc contentionis uitio deputabitur, ut documentum nudi sermonis exigas, cui fidei sensum scripturis copiosius noueris rea dundare. Sensum igitur quære, unde uocabuli huius natura traxit originem. Et cum fenfum

sensum inueneris, nomen te inuenisse pariter non dubites. ATH. Quantiscuncarationibus agat, nullatenus potestab hac intentione remoueri. Nouit enim certissime, quia si ad hoc fuerit, remota huius nominis intentione, descensum, ut ex colequentia fcripturaru unam esse patris & filij substantiam, quod est homousion, doceatur, facillime se posse superari, & ideo diffidentiæ ac timoris periculo auectus, nudi sermonis flagitat documentu. Sed suis est iterum professionibus constringendus. Exigis à me, ut unam patris & filij substantiam, id est homousion scriptum ostenda. Tu autem tres usias, id est, tres substantias confiteris. Ostende igitur mihi, ubi legisti tres usias. Si enim ego unum, hoc est, homousion, ideo negare debeo, quia hoc unde scriptum non inuenio, tu quemadmodum audes tres ulias cofiteri, cum hoc scriptum nusquam poteris demonstrare: PROB. Si extataliquod ex autoritatibus divinis documentum proprie & specialiter positum, quo approbetur patris & filij & spiritus sancti tres ulias, tres qut fateris esse naturas, proferatur, quo possit Athanasius à confessione unius substantiæ, quod est homousion declinare. Cum enim triousion proprie in scri pturis oftenderis politum, apparebit Athanalium temeritate pertinacislima obstinationis in homoulion confessione hactenus perdurare, quod proprie positum non potuit demonstrare. Si uerò nec tu ipse tres usias demonstrare ualueris, pari mihi con ditionis necessitate astrictus esse uideris. ATHAN. Doceat tres usias proprie positas, & facio unius substantiæ, quæ est homousion, cessionem. AR. Si tres sunt pater & filius & spiritus sanctus, necessariò tres sunt substantiæ, in quibus unaquæq; persona separatim & distinctius proprie cognoscatur. ATHAN. Hic nulla prosunt argumenta, hicueritas ex consequenti ratione colligitur, testimoniorum proprietas Hagitatur, lege specialiter triousion positum, & noti conficiendo dicere, si tres sunt, pater & filius & spiritus sanctus, necessario sunt tres substantiæ, quia & ego simili coniectura possum ueracius opinari, si unum sunt pater & filius, quia ipse ait: Ego & pater unum sumus, quomodo non est una substantia ? Sed hanc disputationis uiam ingredi penitus noluisti, dum à me specialiter positum homousion demonstrandum exigeres testimonium. Simili ratione, tres usias specialiter & proprie positas do= ce. Si enim ideo homousij uocabulum negare debeo, quia hoc scriptum nude demonstrare non ualeo, necessariò tunc triousion fateri debeo, si proprie positum, hoc te ostendente cognouero. AR. Subsistit proprie pater, an non: ATH. Nisi mihi tres usias proprie positas legeris, nullum tuis interrogationibus dabo responsum. Quis enim non uideat, quo tua intendat obiectio : Vis enim argumento callida interrogationis diuersas approbare patris & fili substantias, sed hic argumentis non opus est operiri, ubi manifestiore testimonio proprietatis trium substantiarum exigitur documentum, sed si à proprietate testimoniorum, aut rerum consequentia transire desideras, hoc ipsum publicæ conscientiæ innotescat, non te potuisse tres usias proprie politas demonstrare. Et cum utrinque hoc articulo solueris, obiectionibus uel interrogationibus tuis satisfaciam necesse est. PROBVS. Quantum uestrædisputationis intentio monstrat, nec tu homousion, nec iste triousion proprie & specialiter positum ualetis ostendere. Vnde ne puerili concertatione in rebus superfluis diutius immoremini, ab hac exactione documenti tandem utrique definite, homousion, aut triousion de scripturarum autoritate colligite. Non enim fas erit, de nominis appellatione dubitare, quod testimoniorum copiosa congestio sirmius poteritroborare. ARIVS. Quoniam hoc tua decreuit sententia, debere nos rationum persuasionibus ex rerum consequentium causis prædictorum nominum uirtutes colligere, nec id Athanasio uideatur difficultate nudi me demonstrandæ ueritatis uocabuli proprietatis documenta quælisse, ita faciam, ut tui est decreti sententia promulgatum. Ego enim compendio magis uti uolebam, ne longius orationis inten tio euagata, ambiguis sensibus ueritatem obumbret. ATH. Non potest fides uenia re in dubium, quæ ueritatis fulta prælidio, craffiora mendaciorum nubila, fulgidæ cla ritatis lumine diffipat. Non enim potest propris carere uiribus, quæ non eget extrin secus suffragiorum adminiculis adiuuari.

DIE SEQVENTI. ROBVS ludex dicit: Quonia uos initi foederis pacta indeclinabili sententia set. uare non dubito, quibus id uobis inuicem concessisse uidemini, ut unius substan tiæ, uel trium substantiarum professionem, ex diuinarum consequentiu literarum lus culento disputationis examine comprobetis, omissa scilicet quastione puri uocabuli atop proprie positi, exigatis iam nunc, & ipsius placiti ratio poscit, ut cuncta huma: næ argumentationis cavillatione remota, de sacris divinarum autoritatum volumini bus, patris, & filij, & spiritussancti, aut una, aut diversas proferatis esse substantias. Ad quam rei probationem, non tantu (ut opinor) mea, sed cunctorum pene mortalium mens ita est pendula expectatione supensa, ut si tanti negotif merita paterentur, sine ullius diei conferendi ratione, uel alicuius momenti intercapedine, ad summamueritatis atq ad calce manifestissima notionis desideret peruenire. Vnde ne tam religiosa fidelium, & ueritatis cupida frustretur intetio, omni lenocinio luxuriose orationis exploso, de re, de causa, de competentibus, de necessaris agite rebus, omnem, ut dixi, uerborum ambitum, & procul à causa euagantes locution phaleras, leporemq sermonum cautius euitantes, ut disputationis uestræ narratio ueritatis magis, quam cothurnato mentis ornetur eloquio. ATHA. Licet etiam dudum crebro ac sapius de unitate substantiæ citra acta disputauerim, meas que disputationes scripto madauerim, quibus à me in hac disputatione aliquid amplius addi possit, tamen quia hac extrinsecus nullo eminus aduersante dicta sunt, necesse habebo hæc eadem rursus repetere, & in hoe publicæ actionis examine comprobare, quo possit tui iudicij sententia comprobare. PROB. Si non fuerint Arij replicationibus tenuata, tunc ueftra pote rit firmari sententia. AR. Vt quid hæ fraudum tendiculæ proponuntur? Vt quid in primordio nefandæ affertionis iudicis sententia prouocatur. Agamus primum quod nobis agendu necessitas demonstranda ueritatis imponit. Inculcetur humano auditui sidei nostræ professio, percipiant indicia, quibus modis, quibus qui rationibus, quibus denice documentis nostra fulciatur assertio, & tum demum promulgationem sen tentiæ, quæ in nostro utige nequaqua pendet arbitrio, de iudice postulabimus. PRO. Præfationis meæ nuper in hoc actionis principio habitæ, & sposionis uestræ dudum præteritis gestis insertæ, meminisse oportet. Quibus id peroratum est, omissis super-

fluis, ad arcem negotij debere descendi, quod debetis tandem aliquando actitare. ARI. Doceat patrem, & filium, & spiritu sanctum unius esse substantia, unius deitatis, unius maiestatis, unius uirtutis, unius honoris, quod satis improuide, nimis china cauta professione solet populus ia citare. ATH. Profiteris filium uere de patre natum, an none ARI. Profiteris ipse patrem alicuius derivationis vel divisionis vitio subiacere non posse, an non: ATHA. Valde profiteor. AR. Ego quoch profiteor filium ex patre natum effe. ATH. Id effe, arbitraris natum ex patre, quod etiam de patre: AR. Sufficit tibi quod ex patre dixerim natum, quod etiam facillime oftendo. Quid callidis uteris argumentis: Ceterum de patre natum nusquam mihi interim ad præsens occurrere potuit. Ex patre uerò scriptum esse recolo, soanne Apostolo dicente: Qui diligit patrem, diligit eum qui natus est ex eo. ATH. Ergo nihil interesse putas, utrum exipso, an de ipso natus dicatur? ARI. Si mihi demonstrare uolueris, proprié positum silium de patre natum, tuc quid inde sentire debeam, astimabo. Verum, quia in plerisce exemplaribus uarie positum esse non nescio, ut in issdem locis, quibus de ipso legitur, in alijs codicibus ex ipso legatur. Sed utrum hoc interpo lantium fraude, an huius rei significatione, id est, ut hoc sit ex ipso, quod etiam de ipso factum sit, non satis uideo. Nec hoc nostræ sidei aliquod potest afferre præiudicium.

ATH. In hac tua prosecutione diligenti admodum cura exposita ratione aduerti. Sed quod tantum nostræ dixeris, & non utrorumo designaueris sidei, no posse præiudicium in his uerbis afferri, satis miratus sum, & arbitror quod side tuam munire sessinans ita posueris, sperans me exinde leuiter sine aliquo documento posse transire. In Euangelio quoca de patre dominus dixit: Spiritus est. Et ut se de patre natu ostenderet, ait: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est,

quia Deus spiritus est. Ego de Deo patre exiui. Ecce filium de patre natum, ipso filio docente, ostendi. AR. Satis callidis & suspiciosis uteris disputationibus, quo dicas quod ad fidei mez munitione hoc dixerim. Sed ut de sensibus tuis omnis suspicionis ambiguitas auferatur, ut superius fatus sum, utrorumes fidei, siue ex ipso, siue de ipso natus dicatur, nullum potest penitus afferre in aliquo præiudicium. ATH. Generas pater Deus ex se, id est, de seipso filiu, hoc genuit quod est ipse, an aliud aliquid." AR. Hoc utice quod ipfe est genuit, quia Deus Deum genuit, lux lucem genuit, perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem genuit. ATH. Ergo non extrinfecus, nece ex nihilo, nece ex aliqua præcedente aut subsequente materia, sed ex seipso genuit. Et non aliud, quam id quod ipse est, genuit. AR. Alius alium genuit. ATH. Et nos contemur, quia alius aliu genuit, id est, pater filiu. Sed sic de seipso, id est, de eo, id est, quod ipse est, genuit, quia alterius substantiæ, uel diuersi generis filius esse non potest, ac sic unius atcp eiusdem cum patre substantiæ erit. AR. Si nosses in quantos perfidie errores, unius substantia professio uergat, nunquam profesto inter patre & filium huius nominis faceres metionem. Nec disputationem tuam, quibusdam interrogationum gradibus inscisam, tali conclusisses articulo, ut ad hunc impiæ prosessionis deduceres finem. ATH. Quod sit impium atop sacrilegum, diversas patris, & filij, & spiritussancti profiteri substantias, & opiū lit ato religiosum unius eos, religiosæ ac piæ substantiæ confiteri, scias me ô Ari, penitus ignorare non posse. Et hoc non humana opinione collectum, nec coniecturis & argumentis inventum, sed cœlestis doctrinæ magisterio traditu demonstrabo. PROB. Prius mihi uim qualitatem cirerum assignate, tum demum poterit demonstrari, utrum patri, filioc; coueniat. ATH. Substantia quidem duobus appellationum generibus distinguitur. Et est quidem unius generis qualitas hæc, quæ existetis naturæ essentiam indicet. Aliud uerò est sub= stantiæ genus, quo ille, qui habet ab his, qui non habent, derivatur. Et ut planius siat quod dico, manifesta expositione assigno. Verbi gratia: Homo generis sui ac naturæ substătia est. Rursus si quid illi est, quod extrinsecus est, id est, in materia auri, uel arge ti, aliarum chi specierum possidendarum, substantia eius dicitur. Et cum eius dem uocabuli una uideatur appellatio, duas tamen res significare uidetur. Sed nos de illo substantiæ genere disputamus, qua unaquæ q natura, ob id quod est uel subsistit substan tia nuncupatur. Et quicquid ex se de seipsa genuerit, non aliud esse potest, quam id quod ipla elt. Deniq homo pater generans filium sui generis, id est, sue substantie ho minem generat, quia homo hominem generat. Et recte suæ substantie hominem generat, quia ueritas nouitatis substantiarum diversitatem no recipit. Diversitas autem substantiæ est, ut exempli gratia dixerim, si homo pecudem gignat, uel si cuiuslibet generis pecus, alterius generis pecudem generet, id est, si bos generet asinum, uel si ouis generet capram, quæ quoniam in diversitatem generis pergit, monstruosa generatio erit, suæ naturæ proprietate minime seruans. Rursum in elementorum qua= litatibus, quæ sit substantiarum diuersitas uel proprietas operæpretium est aduertere. Verbi gratia: Vniuscuiusq ignis uel luminis natura, id ex se, quod ipsa est minis strare uider, ut lux sulgore, ut ignis incendio, & in hoc officii sui genere sublistes, sub statia sue intemerata videt servare natura. Si verò lux ex se tenebras gignat, mutatio ni obnoxia erit, alterius à se generis materia tribues, quia in hoc immutabilitatis suæ illibată porerit seruare substantiam, si hoc quod ipsa est, ministret ex sele. Cæterű si, ut dixi, id quod ex sese tribuit, aliud erit, ip ipsum quod tribuit, tuc alterius substatiæ dici poterit, quod omnino naturaru omniu qualitas, uel ordo, uel ratio non admittit. Age nũc, si uidet, iam à terrenis ac uisibilibus, in superiora metis oculu erigamus, ut ex his, que facta sunt, infecta uirtutis substantia cognoscamus, apostolice autoritatis edocti magisterio, qui ait, Inuisibile divinitatis virtute, per ea que sunt, intelligi debere. Dixit Arius: Ergo filiu ex patre natu esse, & deus deu genuit, lux lucem, in qua professione unu erit è duobus pculdubio retinendu: Aut enim ex seipso generas, id quod ipse est, genuit, & ob hoc filius unius cu patre substantie erit: aut li alterius à se generis Deum genuit, uera natiuitas dici non poterit, quæ proprietate fubstantie generantis seruare

non potuit. Et eò disputationis ratio deducitur, ut aut omnino natus no sit, aut degener natus sit, quod utrung fateri perabsurdum & impium esse uidetur. PROB. Si quid sibi contra hæc Arius competere nouit, edicere non moretur. AR. Simplicis atce immutabilis naturæ Deum esse non reor Athanasium ignorare, qui si, utide asse ruit, de sua substantia generauit, mutabilis proculdubio erit. Necesse est enim ex sese generando, aut partem substantiæ per derivationis generationem perdidisse, aut diuisionis uitium perpeti potuisse. Ego enim Dei patris substantiam, nece ex se aliquid dedisse, neg in partium qualitates derivatam suisse, neg accessionis, vel detractionis, aut aliquid huiusmodi, quod sit passioni obnoxiti sensisse, uel sentire potuisse confiteor. ATHA. Sed neg nos passionum conditionibus diuinam credimus subiacere naturam, sed impassibilem patrem impassibiliter ex seipso, id est Deo, Deum, quod iple est, filiu generalle fideliter confitemur. Nec nos diuilionum, uel derivationu, ac partium cun carumce rerum, uel passion genera, quæ inani solicitudinis timore aue Aus obijcere noluisti, à professionis veritate desse dunt, ut negemus Deum ex seipso ob hoc generare non potuisse, ne uideatur his passionibus subiacere. Quid igitur reli giolius, quid'ue fanctius, ac diuinis sit magis congruum legibus, æqua obsecro uos, ô auditores, judicij lance pensate, erigite mentis oculos, & terrificum futuri examinis diem metuentes, quid magis catholicæ & apostolicæ ueritati cogruat, religiosa men tis intentione respicite, utru fateri omnipotentem Deu impassibiliter ex seipso filium generalle, an illud potius opinari debeamus, ne pallionis uitio subiaceret ex seipso, id est, ex sua substantia filium generare non potuisse. Ego enim id astruo, id clarissima uocis professione asseuero, quod sicuti Deus impassibilis, ita & omnipotens est. Credo ergo eum de sua substantia potuisse filiu generare, nec tamen alicuius pallionis uitio subiectum fuisse, quonia diuisio ac derivatio, cotractio, accessio, fluxus, vel si qua similia huiusmodi esse possunt genera passionu, corporeis & contrectabilibus, ato ex diuerlitate copolitis conueniunt rebus. Deus uerò, qui nullis corporeis schematum circuscribitur signis, nec aliquibus distinguitur membrorum lineamentis, uitio subiacere potest passionis: Etrecte in eodem generatione profiteor, quia genuit, & recte impassibiliter nihilo minus confiteor, quia passibilis nunqua fuit. AR. Num igitur, quia in Deo omnipotente negari non potest, idcirco ea eum perpeti no posse fatendu est, quæ omnino incorrupta eius diuinitatis substantia no recipit! Vndeualde inhonesta, & satis impietate plenum esse uidetur, ut per unius professionem substantiæ nec patrem propriesubsistere, nec filiu in sua proprietate extare credamus.llluc enim nephandæ perfidiæ huius uergit intentio, ut permixtis & in unius rei copulatione ediuerso collectis atca cofusis patris & filis personis, in sua (ut dixi) proprietatis singularitate minime sublistere ualeat. Illud etiam nimis horrendum & proculà fidelium mentibus emouendum, in hac tua professionis perfidia continetur, inuiolabilem patrem de sua substantia generando, corruptionis ac divissionis vitium declinare minime potuisse. ATHA. Veritate divinæ generationis, velut modis insolvbilibus arctius obligatus, per (nescio quæ) nephandæintentionis molimina, qua diuinam certum est carere naturam, euadendi suffugium quæris. An corruptionem incorrupto, passionem impassibili, impotentiam obijcis omnipotentis Sed hæccrebro ac sæpius repetens, nullatenus diuinæ maiestatis reuerentia à tam nephandis obiectionibus arceris: sed quantum uideo, sine ullo pudoris intuitu, iniuriam uenerandæ filij natiuitati obuius properare contendis. Sed te effrenatius euagantem, & uelut undoso æquoris gurgite naturali quada licentia fluctuantem, divinæ autoritatis testi monia coercebunt, & inter certos diuinæ profellionis limites coarctatu, legaliu constitution metas egredi non sultinebut. Inculcat igit humanis sensibus sacro illo professionis suz oraculo diuina maiestas, ac se filiu de occultis substatiz suz arcanis inet-Psal. 119 fabiliter genuisse testatur, et dixit: Ex utero ante lucifer ugenui te. Vnu est ergo in hac diuinæ professionis contestatione tenendu. Aut de sua inessabiliter substatia filiu incorruptibiliter genuit, aut ne corruperetur, omnino non genuit, Sed ego hacintegra fidei parte eligo, quæ me religiosum cotestadi de se Deo suadeat samulari, ne ulla hu-

manæ passionis obstacula, ex insidelitatis sacrilegio defendat. Nullatenus enim potero reuocari, ut merito non credam Deum generare potuisse, nec humanæ consuetudinis more corruptioni potuerit subiacere, cum hoc mihi satis non esse dubitem prositendum, de Dei substantia natum esse, quem constat de patris utero processisse.

ARI. Quantum tuæ prosecutionis intentio monstrat, compositum nobis & corsuptioni obnoxium, uis introducere Deum, qui etiam in eum corporalem uteri appellationem accipere non metuis. Necesse ergo erit, ut aut membris compositus sit, si uterum habet, aut corruptioni, ut dixi, obnoxius, si de sua substantia generauit.

ATHA. Recte hoc me sensisse argueres, si ego Deum habere uterum, propriatemeritatis præsumptione, sine ullo legis diuinæ testimonio affirmassem. At cum ipse Deus ad refellendam credere uolentium infaniam, hoc de ipfo pronunciare dignatus sit, quo euidentius per uteri nuncupationem, non extrinsecus, non aliunde, sed de seipso, id est, de sua substantia se filium generasse doceret, cur mihi uitiosæ credulitatis notam infigis, cum potius Deo dicere possis, si habes uterum, compositus eris: si de teipso genuisti, corruptioni obnoxius eris. Namita Dei uterus sine aliqua membrorum compolitione accipitur, sicut oculi, & manus, & pedes, sine ullis distin= ctionum lineamentis merè referuntur. Sicut ergo oculos, quia omnia uidet: aures, quia omnia audit:manus,quia omnia operatur:pedes, quia ubice est:ita uterum,quo de ipso ineffabiliter genuit, accipere debes. Nec te oportet infideliter opinari, quia & si de seipso genuit, corrumpiutics non potuit, quem ut omnipotentem & incorruptibilem generare potuerit, & ne hacipsa generatione corrumpi potuetit, sideliter convenit profiteri. Nam si mirabiliter ex Virgine contra rerum naturam & incorruptibiliter creditur natus, quanto magis ex patre credendus est incorruptibiliter geni tus? Si enim substantialis natura Virginis, quæ ex seipsa utiq corruptibilis naturæ conditione, passioni & corruptioni potuit subiacere, intemerata pudoris integritate, & infractis uirginalibus claustris, mirabili incorruptionis integritate filium genuit, cur non magis, ut dixi incorruptibilem Deum, genito ex se incorruptibiliter silio, corrumpi non potuisse credamus : Et ut nouum atq infandum monstruosa opi= nionis genus damnabilemetuis fateri, Virginem partu non potuisse corrumpi, & formidare Deum, ne corruptionis uitio subiaceret, si de sua substantia generaret. Volente igitur Deo, corruptibilis naturæ Virgo fine ullo pudoris damno filium generauit, & ipse qui incomparabiliter cunctis naturis incorruptibilior permanet, hoc sibi præstare non potuit, ut de sua substantia filium incorruptibiliter generare potuerit : Ergo quia Deum de seipso filium generasse, & divinarum scripturarum testantur eloquia, & in sua id Arius superiori prosecutione fassus est, iudica virorum optime Probe, quis magis cum diuinis conueniat scripturis, utrum'ne ego, qui ob hoc unius substantiæ cum patre filium esse confiteor, quod uidelicet exipso, & non aliunde dignoscitur natus, & ob hoc rursus incorruptibiliter genuille profiteor, quia excellentissima divinæ maiestatis substantia, per suam inestabilem potentiam corruptioni subiacere nullatenus potuisset, an iste qui in tam ancipitis intelligentiæ discrimine positus, quo sidei sua pedem referat, nescit. Nolens enim consiteri Deum de sua substantia incorruptibiliter genuisse, in ea confessionis necessitate attrahitur, ut neget omnimodo genuisse. Sed hoc ipsum negare obuiantibus undique, & clara uociferatione exclamantibus, siue Propheticis, siue Apostolicis uocibus, nunquam sine dubio poterit. PROBVS. Quicquid in hac prosecutionum uestrarum assertione agnoscere potui, ultima examinis nostri sententia retinebit. Nune uerò, si qua uos adhue de diuinis scripturis fidei uestræ congruentia superesse putatis, proferre dignamini, quò facillime queamus processu disputationis, quid ue= ri ratio contineat indagare. ARIVS. Quod tam breuibus & exiguis quæstioni= bus in omni illa disputationis meæ narratione usus sum, Christiani pudoris, ac uerecundiæ fuit, ut disputationis nostræ trames leuibus inchoaretur initijs. Sed quia uideo Athanasium, perspicuæ ueritatis robustissimam sirmitatem, quibusdam arietantium impullionibus quatere, acrius contra eum & ualidius opinor dimicandum. sentia, quæ pater est, nec redundans unquam in seipsa fuit, ut merito, quasi exuberatione quadam, sine damno sui in eadem substantia genuerit filium, cum eius essen-

tiæ, quæ alijs omnibus infinita atop immela lit & incorporea, nihil elle pollit exuberans, si quidem determinatorum sit exuberare, quod est quasi extra se effluere. Deus autem qui universas complectitur, nihil extra se habet, aut quod effluere potest, aut infinitus est, quo poterit redundare, tunc quid effluere eorum est qui accipiunt incrementa. Quisi accipiunt, aliquando necesse est, ut semper accipiant, & nihilominus pari exuberatione semper & generent. Sin autem incrementa non accipit, quod ipsi etiam fatemur, nec effluit, necredundat, quod æquale cum patre esfedicatur, cum filium genuit ex sele, substantiam utique divisit in filium, & paternam tantummodo ante substantiam pro rata parte secretam à sese, ac resectam, filium nominauit, tantumch sibi detraxit pater, quantum in filium contulit, quo tamen ipso quice quid est filius, aut hodie caret pater, & perfectus non est, aut eo sinon indiget, quali superfluo abundauit. Quod utrunque in Deum non cadit, cum & in hoc ipsoquidem patris & filij nomen esse non possit, ubi non habita generatio est, sed potius facta descissio. Tunc quidem necesse est, omne quod dividi potest posse corrumpi. Quæ si, ut manisestum est, in Deo esse non possunt, cur non potius uoluntaris & charitatis esse filium confitemur! Quæ quidem uoluntas Dei in hominibus quidem non libera est, nedum in Deo aliqua lege teneatur. Qui si non est filius uoluntatis, superest ut coactus Deus quasi aliqua lege naturæ filium edidisse uideatur. In qua quidem generatione id genitum quod erat pater, quædam patris pars filius nominatur, incertumq est, quid pater, quid filius debeat nominari, cum in duas partes Dei sit diuisa substantia. Illud uerò, quod quasi ad proprietatem substantia naturalis demonstrandam paterni oraculi testimonium protulit, ut merito patrem exeo quod ipse est, filium generasse credamus, quia dixit: ex utero ante luciferum genui te, quamid absurdum, quamq ineptumsit, apertissime demonstrabo. Siquidem non solum aliquanta in ordine rationabilium creaturarum confistentia, sed insensibili elemento-Esar rum qualitate subsistentia, de Dei utero legimus processisse. Ait enim: Quis est pluniæ pater, uel de cuius utero procedit nix? Num igitur, quia hæc rigentis & torpidi elementi qualitas divino legitur utero procedere, idcirco unius eiusdemá cum eo creditur effe substantiæ? Aut quia rursus homines Deum legimus genuisse, utiple Exod. 4 ait: Filios enutriui & exultaui. Etiterum: Primogenitus meus Ifrael est. Ac rurlus: Omnis quinatus est ex Deo, non peccat. Idcirco rectius opinabimur homines cum Deo unius effe substantiæ. Aut quia idem Apostolus totius creaturæ uniuersitatem 1.Toan.3 generali pronunciatione comprehendens, ex Deo afferit effe, dicens : Quoniamex ipfo, & per ipfum, & in ipfo funt omnia: ob hoc prudentius conficiemus, universicatem creatura hoc esse, quod Deus est, aut unius cum eo esse substantia, quod uidelicet ex ipfo legitur substitisse. Sic ergo & filium cum ex Dei patris utero processifie fatemur, non ad indicium unius naturæ, sed ad inuestigabilium secretorum arcana multum competenter debemus accipere. ATHANAS. In ludis theatralibus hi qui figurarum uarietate mutantur, diuerli quidem alij apparent oculis intuentium. Nam idem iple qui aptatæ imaginis specie rigidius quondam incesserat, iterum uultu in hoc ipso aptato, alterius membrorum motibus ludens, in mollitiem refoluitur fæminarum: ita nunc uidetur mihi Arius, quæstionum imaginibus immutatis, uelut diuersa innciens similitudinis uarietate formari. Nam hoc quod dudum comptis & breuissimis disputationum obiectionibus intentauerat, sub alterius prætextu imaginis, iterum ac læpius repetens, à proprietate quæstionis illatæ omnimodo non recessit. Nece enim, quia nunc latius & diffusius perplexa uerborum ambage seriem propositionis extendit, idcirco aliud egisse uidendus est, quam superius con-

uincitur actitasse. Dixit enim ob hoc patrem & filium unius non posse esse substantiæ, quod eadem paterna substantia, nec exuberatione amplissimæ derivationis in augmenti copiam effluere pollit, utpote, quæ nullis metarum terminis aucta, finalis bus nequeat modis arceri, quoniam eius est exuberationis copia redundare, quæ certo, ut diximus, concluditur fine: necrursus, uelut integram & intemeratam por= tionis defectionem aliquam pertulisse. Sed hæc omnia passionis genera divinæ naturæ non couenientia, iam superius calumniosius magis quam uerius dignoscitur intentasse. Quibus nos religioso sidei intellectu, competenter constat dedisse responsum. Nece enim exuberatione substantia redundantem filium dicimus, neque rursus desecta nature portiunculam nominamus, sed perfectum patrem, perfectum filium, non exhis quæ in eo superfluis exuberationibus redundabant (quod dictu nephas est) sed ex seipso, id est, ex eo, quod ipse est impassibiliter, indivisibiliter, incorruptia biliter, sine diminutione, sine discissione, sine affluentis copiæ redundatione, sine ullo omnino passionis genere inessabiliter credimus natum. Et ideireo satemur unius esse substantia, quia non aliunde, non ex nihilo, non ex subiacentibus uel præcedentibus materiarum qualitatibus, sed proprie Deum de Deo, lumen de lumine, uirtutem de uirtute, sapientiam de sapientia, extitisse sideliter satemur. Nam si alterius ac diversæ substantiæ, ut Arius arbitratur, filius esfet, non diceret, sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Nam sicuti est pater, ita Ioan. & filius. Et si idem habentes se, unius sunt proculdubio substantiæ. Nece aliud est uiuere patris, & aliud uiuere filij, sed hoc est uiuere, quod & esse, id est, non aliud est ipse pater, aliud uita eius, sed uita essentia. Alioquin compositus uidebitur, ex diuersi= tate subsistens, si aliud ipse, aliud uita eius significare uideatur. Quia ergo apparet uitam patris, hoc esse quod ipse est, Sicut enim habet uitam in se, sic dedit filio habere uitam, id est, sic est esse filij, sicut est esse patris, non dubium est patrem & filium unius essentiæ ateg unius esse naturæ. Nam & quod ait: Sicut nouit me pater, & ego noui pa trem, unitatem proculdubio uoluit indicare substantiæ. Quia secundum superioris disputationis intelligentiam, non aliud est nosse patris, & aliud esse, hoc ipsum enim, quod est nouit, & quod nouit est, quia non aliter nouit, & aliter est, & quia filius sic Ioan, 10 nouit patrem, sicut pater eum nouit. Notionem uero, in Deo essentiam esse diximus, non dubium, quod sicuti est pater, ita & filius, ac si diuersitatem non admittat, reség uno ac simili modo subsistat. Denice ut hanc patris & filij unitatis substantiam plenius nosceremus, quædam nobis diuinæ scripturæ rerum uisibilium exempla posuerunt, quibus nos ad inuisibilium intelligentiam religiosius prouocarent. Nam paterni luminis splendorem, & bonitatis eius imaginem filium posuere. Non quod ad res diuinas metiendas corporalium satisfaciant exempla specierum, sed quia ineffabilis illa natura exprimi non potuit, quædam ex his quæ uidentur, similitudinis proferun= tur testimonia. Ve sicut splendor & ignis, diversæ non sunt substantiæ, Vel sicut imago ab eo, cuius imago est, in aliquo differre non potest, ne fictum in se aliquid, aut diuersum retinens, perfecta & uera esse non possit: ita pater & filius, non diuersa, sed unius credantur esse substantia. Et quia nonnulla, exempli gratia, protulit testimonia, quibus aftrueret, ita esse omnia ex Deo, ut non tamen de eius credantur procesfiffe substantia, Interrogo, utrum sic filium ex patre afferet extitisse, sicut universa ex ipso extitisse narrantur; Quid ergo dicis; Sic ne debemus accipere filium de patris utero processisse, uel ex patre genitum esse, sicut homines ex Deo natos, uel sicut nix ex eius utero legitur procedere, an longe aliter? Sed quæso unum e duobus respondeas, aut similiter, aut non similiter dicas. ARIVS. Non similiter universa ex Deo extiterunt, uel genita sunt, sicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. ATHA. Si filium longe aliter, quam creaturam extitisse fateris, cur in eius natiuitatis generatione, rerum factarum exempla protulisti : Hi enim qui disparibus modis propriæ originis sumpsere principia, nonæquo intelligentiæ sensu corporari mihi uidentur. Quod quia illuc prosecutionis tuæ intentio uergit, apparette Photiniani dogmatis errorem sacrilegum defensare. Nance & ipse cum filium Dei de patre genitum abnegaret, atq; talibus testimoniorum documentis coarctaretur, quibus luce cla rius demonstratur filium Dei, Deum uere, & proprie de patris substantia genitum, illuc impietatis suæ molimina uertit, ut issdem modis, eodem eprationis ordine, filiu de patre affereret natum, sicut homines per adoptionis gratiam, in diuinæ generationis

prolem legimus consecratos. Quo tu quoq, licet alijs uiarū indicijs gradiens, ad eun dem tamen infidelitatis copitum peruenisti, asserens non ob hoc de illa ineffabili patris substătia filium natum debere intelligi, quod ex Deo genitus, uel ex patris utero legitur processisse, cum ratione cosimili non solu homines ex Deo nati, uerumetiam intensibilium elementoru qualitates paterni uteri generatione processisse legantur. Et licet etiam prosecutionis tuæ narrationes unius sermonis pronunciatione dissolueris, quod dixisti longe aliter filium, quam creaturam divinitus extitisse, tamen quia breuitate sermonis obscurius & perplexius probati, intentionem legentiü tetris quibusdam nebulis obruisti: idcirco nunc ego lucidius & planius, quæ obscura sunt, & ueritatem abrumbrant, in luce manifestissimæ clarissimæ q profera notionis. Oftendam igitur, quantum ad proprietatem diuinæ generationis pertinet, hoc esse Deo nasci, quod est de ipso generari. Et ut manisestioribus divinarum scripturarum testimonijs utar, euangelicum proferam documentu.angelus ad Maria loquitur, dicens: Luc.1 Spiritussanctus superueniet inte, & uirtus altissimi obrumbrabit tibi. Ideogi quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Et item Apostolus: Cu autem uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege. Num igitur, quia angelus Mariam sic affatus est, ut non de ipsa, sed ex ipsa gignendum diceret filium, & quia Apostolus ex muliere, non de muliere natum afferuit filium, ob hoc in Christo ueri hominis natiuitatem nequaquam profitebimur, aut extrinsecus, & non proprie, uirginali credemus utero processisse. Cernis igitur superfluète in diuinæ generationis natiuitatem uisibilium creaturaru exempla protulisse, cum euiden tioribus testimoniorum documentis appareat, id esse exipso, quod est etiam de ipso Gal. 4 generari. Vnde mirari me fateor, cum creaturæ nomen in filium refugias, & non faclum, sed uere, sicuti est profitendum, ex patre genitum credas, Photini te quodamodo, & si non integris, uerisimilibus tamen prosecutionum generibus impietatis suisse dogmata imitatum. AR. Quis potius Photini sectetur perfidiam, utrum ego, qui ea quæ filius ad demonstrandam divinitatis suæ longe inferiorem, & non in omnibus similem naturam locutus est, secundum suam deitatem dicta accipio, an ipse tu, qui ponis cuncta humilitatis exempla, non fucatis uerbis, nec simulata operis efficientia peractis, homini reputans assumptor Nang, ut no solum alterum se, uerumetiam intoan. 14 feriorem patre oftenderet, ait: Pater maior me est. Qua professione euidentius declarat, patris & filij diuersas esse substantias. A T H. Duas profiteris in Christo esse naturas, an non! AR. Quis hoc impius negauerit Christum Deum & hominem confitendume ATH. Debemus igitur eorum quæ Christus locutus est, aliquanta divinitati,aliquanta humanitati ascribere, an sine ullo partitionis discrimine, universa aut Deo, aut homini assignare: AR. Hoc no solum irreligiosum, sed summa putabitur esse dementiæ, ut omnia eum, aut secundum divinitatem, aut secundum humanitatem locu tum fuisse putemus. ATH. Si ergo secundum professionis tuæ sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla uerò humanitati ascribenda sunt, cur non hoc quod ait: Pater ma ior me est, humanitati, & quod ait: Ego & pater unum sumus, divinitati reputamus: Nancy, ut noueris, secundum id quod homo erat, eum dixisse, pater maior me est, ait: Si diligeretis me, gauderetis utica, quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Ro= go itacs, cum filius secundum divinitatis suæ potentiam universa impleat, nec sitaliquis locus eadem divinitate vacuus, utpote, qui colum & terram atq inferna pari omnipotentia impleat, quomodo ait, uado ad patrem, cum quo & semper erat, & à quo nunquam recesserat: Eius enim est ire, & uenire, qui aliquibus lo corum terminis circuscribitur, & eum in quo erat, deserens locum, ad eum ubi non erat, ueniat. Nisi. quia utice de illo quem assumpserat homine, loquebatur, quod erat iturus ad patre, à quo & uenturus est iudicare viuos & mortuos. Ceterum verbi divinitas universa implens, nullis locor terminis separatur, sicut nihil est unde discedat, ita nihil est quo ueniat. Et hoc modo apparet, secundã id quod homo est, non solum patre, ueruetiam angelis minorem. Nam si secundum id quod Deus est, eum minore accipere uolueris, pari conditionis necessitate etia angelis, secundum divinitatis naturam minor else uidetur. Denice Apostolus ait, necnon & Psalmographus: Minorasti eum paulo

minus ab angelis. Si ergo nulla ratione admittitur, ut secundum id quod Deus est, ma ior angelis habeatur, apparet hoc minorationis officio, non Deo uerbo, sed homini reputandum assumpto. PROB. Vttua in omnibus fulciatur assertio ueritate, conuenit à tuis partibus, patrem, & filium, & spiritu sanctum, divinorum testimoniorum lectione unius approbare substantiæ. ATH. Quonia excellentiam tuam perspicio huic rei instantissime acfideliter innuere, ut patrem, & filium, & spiritum sanctum unius esse substantia demonstremus, atop filium de patris substantia natum, ex diuinis uoluminibus approbemus: Quanquam omnium prosecution um mearum sentetia ita se habere monstretur, ut sicuti hominum, uel quorumlibet animalium genus sue substantiæ similes gignat, nec homo bouem, nec bos hominem generet, sed ad suam similitudinem, id elt, suæ substantiæ, unaquæce res procreetur, mirari utice non debeo, Deum potuisse de sua substantia filium generare, cui totum posse subiectum est: Sed, ut scripturaru testimonio mea oratio peruagetur, aggredior ipsius opitulatione munitus, filium de patris substantia ineffabiliter natum este, divinis oraculis approbare, ut dum luculento disputationis tramite, non ex argumeto philosophica artis uenien te, sed, ut dixi, de diuinis scripturis demonstrauero documentis, tum demū Arius obmutescat, cum filium de paterna substantia genitum, legalibus eloquis me docête co gnouerit: Paulus Apostolus de filio ad Hebræos scribens, ait: Cum sit, inquit, imago inuisibilis Dei, & figuram substantiæ eius gerens. Ieremias quoce prudetissimus Prophetarum, de Dei patris persona concionatur, & dicit: Si sterissent in substantia mea, Hier. 23 & audissent uerbum meum, auerterem eos ab studijs eor u pessimis. Et ut eum de filio dixisse probaret, subiungit idem Propheta, & dicit: Quis stabit in substantia mea, & uidebit uerbum meum: Verbum enim esse silium de patris substantia Dauid Prophe ta testatur, dicens: Eructauit cor meum uerbum bonum. Ioannes quoc Euangelista Pfal. 44 sciens apud patrem uerbum, id est, filium in principio apud patrem este, & à patre uer bum nunquam separatum fuisse, in principio Euangelij, id est, annunciationis sua po fuit, dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uer= Ioan. bum. Item alio loco scriptura tradit: Initium operis uerbum. Non quod in creatione uerbi,id est,à fili creatione cæteras coperit facere creaturas, sed quia per uerbu Dei, id est, per filium omnia creata noscuntur. Vnde Dauid Propheta ponit, & dicit: Ver- Pfal.32 bo domini cœli firmati funt. Et ut spiritu sanctum huius operis socium oftederet, ait: Et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Multa sunt enim que de filio scripture diuine perhibent testimonia, quod de substatia patris, id est, de eo quod ipse est, genitus demonstretur, de qua substantia non tantum similis, sed coæqualis patri filius comprobatur. Hæc fides eft qua Christus Apostolis tradidit, & ab Apostolis ad nos usq per= uenit. Nec possumus eam in aliquo immutare, quam constat nos debere ab initio ut data est, fideliter conservare. ARI. Esuperiori prosecutione mea ita exorsus sum, quod Athanasiñ perfidia cæcitatis præcipitat in profundum. Deum enim uult facundiam fui fermonis oftendere, nescius in crimen uersatur scripturæ diuinæ, eo quod in substantia Dei coæquet filium genitori, cum ipse filius de se potestetur, & dicat : Pas ter maior me est, & qui me misit, ipse mihi mandatum dedit. Et non ego ueni, sed ille me milit, & non ueni facere uolutatem meam, sed eius, qui me milit: & sicut dixit mihi pater, sic loquor, & quod dedit mihi seruaui: & omnia quæ dedit mihi, nemo aufert a me: & rogabo eum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum: & si hic calix non potest transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua: & traseat à me calix iste, non sicut ego uolo, sed quod tu: & quæ sunt ei placita, facio semper: & sederead dexteram meam uel ad sinistram, non est meum dare uobis: Et dedit illi nome quod est super omne nomen: Et exaltauit puerum suum, & propterea unxit te Deus tuus: & excitauit eum à mortuis: & sedere fecit ad dexteram suam, & multa his similia, quæ studio breuitatis omitto. Si ergo maiorem habet, si missus est, si spontanea uoluntate non uenit, si uoluntatem suam non fecit, si quod ei dicitur, loquitur, si sibi data custodit, si rogat, si pro calice deprecatur, si nomen ab alio accepit, si fedens discipulis petentibus, propria potestate non tribuit, si que sunt patri placita facit, & ab ipso à mortuis suscitatur, æquum non uidetur, ut qui de sua subiectione tanta ac talia dicit, patri

efficiatur æqualis. PROB. Si aduersum tam copiosa diuinæ autoritatis testimonia quæ ab Ario de subiectione prolata sunt, aliquid Athanasio competere uidetur, edicere non moretur, superstitione sermonis exclusa, & ex diuinis potius uoluminibus, aut similis, aut dissimilis patri silius, uel coæqualis demonstretur, ut agnita ueritate quæ sanæ sidei ac rationi conueniunt, roborentur. ATH. Quantum uelit percurrat in elatione sermonis Arij calliditas, & sibi de autoritate diuinæ legis plaudat testimo nijs, quibus uidelicet nititur abæqualitate patris silium sequestrare, & cuncta quæ ab eo prolixius inserta noscuntur, issem etiä testimonijs à nobis eius intentio absqulla dissicultate prosternetur. Christus igitur silius Dei in sorma serui, quam assumpsit ex Virgine, patri dicitur esse subiectus, Apostolo Paulo nihilo minus affirmate: Vbiue nit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus silium suum natum ex muliere, sactūsub lege. Ille itaq dicitur esse subiectus, qui sub lege ex muliere noscitur generatus, & in

ea forma minorem iudicat patre, quam assumpsit ex Virgine. Nam in forma Dei patris angelicus ei chorus probatur præbuisse ministerium. Ita enim in Euangelio scriz ptū est: Et discessit ab eo diabolus, & uenerunt angeli, & ministrabāt ei: Obijcit quod uoluntatem patris secerit, & non suam. In hoc magis laudabilis huius uerbi dicto debet agnosci. Quia qui patris uoluntatem facit æqualitatem ostendit, Apostolo costr-

ter, sic lo quor. Quis hominum genus, quod rectum est intelligens, audito hoc uerbo turbeture Si enim aliter Christus & Deus pater lo queretur, tunc magis patri inæqualis uel dissimilis diceretur. Si uerò quæ lo quitur pater, ea lo quitur filius, nunquam inæqualis patri, aut dissimilis inuenitur. Quod dedit mihi, inquit, seruaui, & omnia quæ mihi dedit, nemo ausert à me. Dona enim diuina hoc modo intelligenda sunt filio attributa. Dedit enim filio pater omnipotens omnipotentia, maiestatem maiestati, uirtutem dedit uirtuti, prudentiam dedit prudenti, præscientiam prescienti, æternitatem æternitati, diuinitatem diuinitati, coæqualitatem equalitati, immortalitatem immor talitati, uisbilitatem inuisibilitati, regi regnum, uitam uitæ, & non aliam ab ea, quam habet dedit, & quantam habet tantam dedit, uel si qua alia que pater filio indiuisibiliter & inseparabiliter contulisse monstratur. Sed hæc omnia nascenti potius quam indigenti dedisse probatur, cui à filio dicis: Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt. Si ista omnia quæ perhibetur pater filio contulisse, alia in eo, & alia uidētur esse in his

Toan.5 quæ dixit mendax filius invenitur, & Euangelista, qui dicit æqualem se faciens Deo, omni ueritate falletur. Ac si ita erit, ut nec pater filio integre, aut ueraciter aliquid cotulisse monstretur. Sed si uera sunt, sicuti sunt, quæ pater inseparabiliter & indiscrete contulit, conticescant dementium hominum linguæ, quæ nituntur filium à patema substatia separare. Rogat filius patrem ut hominem uerum se gestare cotendat. Nam ut divinitatis suz intimaret potetiam, mari imperavit & ventis, & quinq milia hominum de quince panibus saturauit. Calicem passionis, ut homo tristis accepit, ut Deus autem fontem aquæ uiuæ salientis in uitam æterna credentibus propinauit. Accepit nomen,ut in hoc nomine coleftia & terrestria & inferna eum adorent. Exaltatus est de imis ad superiora, id est, de carne humanæ fragilitatis, ad eum coscendens, sedet ad dexteram maiestatis, ut eum non dubitet humana insirmitas sequi, ubi caput suum us derit gloriari. Vnctus est, ut chrismatis ipsius unctione malo prioris hominis delicto purgemur. Excitatus à mortuis est, ut nos exemplo suæ resurrectionis, à mortis aculeo liberaremur. Sed & discipulis petetibus, non se posse dare testatur, ne intereos diuortium nasceretur. Nam qui ait: Non est meum dare uobis, ipse iamdudum discipulis duodecim iudicandi tradidit potestatem. Quæ sunt patri placita fecit, quia contraria facere nescit. Nam qui ait: Veni, non ut faciam uolutatem meam, sed uoluntatem eius, qui me misit: dixit, Vt faciam uoluntatem tuam Deus meus uolui, & uolütariela crificabo tibi. Qui ait: Pater maior me est, dixit: Ego & pater unu sumus, & sint in no. bis unum, sicut ego & tu sumus unu, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & creditis, quia ego in patre, & pater in me est: & quæ pater meus operatur iustissime, & ego operor: & licut pater suscitat mortuos & uiuisicat, sic & filius quos uult uiuisicat: &

qui me uidet, uidet & patre, quia ego & pater unum sumus: &, qui me odit, & patrem meum odit: &, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: &, ego te clarificaui fu= per terram, & manifestaui nomen tuum hominibus. Et ut omnis humanæ cauillationis quiescat intentio, Ioanem Euangelistam cuius superius usus sum testimonio, proferam testem, qui ait: In principio eratuerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Si hæc tatæ diuinitati conuenientia quibus patrem & filium unum esse docuimus perfidis non sufficiunt, alia si uidetur superadificiam. PROB. Si huic tam ualidæ & certæ persecutioni Arius nisus fuerit obuiare, certum est eum no rationem fequi, fed uerborum irrationalium capos effrenatius euagari, qui usq nunc trium fubstantiarum rationem, ut superius fassus est, sicut Athanasius unius permultis docuit documentis, per (nescio) quam nebulosam caliginem circuiens assertionem sua nequiuerit demonstrare. ARI. Nunquid quia ex diuinis oraculis Athanasius, nescio quibus iam articulis filium unius substantiæ & patri coæqualem esse, ausu temerario nisus est affirmare, & spiritum sanctum qui patris uel filif minister est, fildem debet æquali confessione conferre, cum ipse filius dicat: lle me clarificabit, quia de meo accipiet, & mittam uobis spiritum veritatis & spiritus à me procedet, & que pater mittet in nomine meo, & pater ad mortuorum offa dicit: Dabo spiritum meum in uos, & ui uetis. Nunquid is, qui à patre mittitur uel procedit, issdem debet æquari, cum Prophe tain Psalmo de eo testatur, dicens: Ecce dominus formans tonitrut, & creans spiritt, prorfus nunquam mihi ulla ratio poterit perfuadere, quod creatura poterit coæquari creatori, aut una cum eodem possit potestate potiri. ATH. Si iudicis clementia permissum tribuit & largitur, ex diuinis autoritatibus etiam spiritum sanctu non creaturam esle, sed Deu & creatorem cum patre, & filio breuiter demonstrabo. PROB. Vt tua professio continet, approba breuiter, quod ratio exigit documentum. Non ex argumento fermonis, sed ex diuinarum scripturarum testimonijs, spiritu fanctum patri uel filio coæqualem esse, aut sicut ipse fassus est Deum, uel creatorem comuni operis esse ostende. Ve dum hæc ueridicis testimonijs approbaueris, Arius à sua intentione ueræ fidei professione conuictus, abscedat. ATH. Priusqua spiritumsanctum Deum esse perdoceam, eundem creatorem esse cunctor uerbis legalibus approbabo. Scriptum est enim: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Et in Salomone: Etiple, inquit, creauit ea per spiritum suum. Et in Psalmo: Emitte spi ritum tuum & creabuntur, & innouabis faciem terræ. Et in libro lob: Spiritus diuinus est, inquit, creauit me. Et in libro ludith: Tibi, inquit, seruiet omnis creatura tua, quo= niam dixifti, & facta funt, misifti spiritu tuum, & ædificauit. Tante enim potestatis, uel creationis spiritus sanctus ostenditur, utipso cooperante corpus domini lesu Christi, qui nobis in sacramento fidei datus est, in utero Virginis formaretur, Euangelista dicente: Ne timeas loseph accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritusancto est. Et item: Priusquam, inquit, convenirent, inventa est in utero habens de spiritusancto, non quod Saluatoris nostri pater dicendus est spiritus sanctus, ut duo credatur patres, sed quod cum patre & filio idem spiritus sanctus cooperarius & unius potestatis est, cum isidem socius inuenitur, domino affirmante: lte(in= quit discipulis) baptizate omnes gentes in nomine patris, & fili, & spiritus sancti. Er go si minister est (ut tua sacrilega continet professio) quousque o in sacramento sidei nihil confertur credentibus. Nam sicut dominus Apostolos ad predicadum destinauit, pari etiam modo spiritus sanctus facere declaratur. Ita enim in actibus Apostolorum reperimus scriptum. Petro enim cogitante de uisione, dixit ei spiritus sanctus: Ecce uiri quærunt te, exurgens uade cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos ad te. Etiterum: Segregate mihi Barnaba & Paulum in opus quo affumpli eos. Etiterum: Attendite uobis & universo gregi, in quo uos spiritus sanctus constituit episcopos. Nam & si universa cum patre & filio, ut superius ostensum est, procreauit, in quo minoris uel ministri personam, ut ipse fateri non metuis, tanta maiestas habebit: Sed & Deum este, sicut promisiste me minini, his testimonijs approbabo, David Propheta dicente: Audiat quid loquatur in me dominus Deus. Nulli itace dubium est, quod omnes Prophetæ, non nisi per spiritum annuncient uel loquantur, sicut in Euangelio eE 2 scriptum

scriptum est: Cum uenerit, inquit, spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse uos docebit, & uentura annunciabit uobis. Et item per Propheta dominus dicit:noluerunt audire sermones meos, quos mandaui in spiritu meo per os Prophetarum priorum, dicit dominus. Sed nolo pastifera prata diuinæ legis testimonia percurrentes, longius à nostra propositione euagemur, adid quod promisimus, reuertamur. Ad Hebræos quog Paulus gentium predicator scribens, ait: Testificatur autem nobis spiritus sanctus, & hoc est testamentum quod dispono ad eos post dies illos, dicit dominus.in actibus Apostolorum, ad Anania dixisse Petrum meminimus, ut in subsequentibus dicit: Non es metitus hominibus, sed Deo. Et Paulus ad Corinthios: Diuisiones autem donantium sunt, idem uerò spiritus. Et diuisiones ministeriorum funt, idem ipse dominus. Et divisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce spiritus sanctus prædicate Apostolo, idem Deus, idem dominus declaratur. In Euangelio, sicut iam dictum est, ipse dominus dicit: Spiritus est Deus. Item ad Corint. Paulus scribens, ait: Dominus autem spiritus est. Et ad Ephe sios: Nolite, inquit, contristare spiritum Dei. Item ad Corinthios: Nescitis, inquit, quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis à Deo. Et ostendes eum in humanibus corporibus habitatem, adiungit & dicit: Glorificate ergo, & portate Deum in corpore uestro. Nam ut Deus & dominus esse manisestissime spiritus fanctus demonstretur, ad Mariam angelus dixit: Spiritus fanctus superueniet inte, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Ecce quantis diuinorum testimoniorum documentis, spiritum san-Aum Deum, & unius potestatis uel societatis cum patre & filio esse docuimus: quid adhuc in perfidis remaneat responsionibus ignoro. Paulus itacs Apostolus, spiritum Sanctum cum patre & filio unam societatem habere apertissime demonstrauit, dices: Gratia domini nostri Iesu Christi, & claritas & societas spiritussancti cum omnibus uobis. PROB. Si post innumerabilia testimonia remansisse aliquid Ario uidetur, proponere non grauetur. Quanquam (ut reor) nihil illi responsionis remanserit, qua uidelicet possit Athanasium de unius substantiæ, id est, homous fi ratione depellere. Sed ne postmodum de aliqua oppressione causetur, à nobis nullus ei ad respondendum adimitur locus. ARI. Nulli dubium est, quin magicis artibus Athanasius non delinat iudicum peruertere sensus, ut rectæ sidei tramitem erga eos, qui eam religiose sectantur & colunt, tenere non possint. Et idcirco quod in examine tui culminis explicare non ualeo, principis iudicio reservabo, ubi ueritatis indago præpollet, & magicas artes ob ueræ fidei obseruantiam præualere non posse credendum est. ATH. Qui suis assertionibus adesse non possunt, quibuslibet fallacibus argumentis uel cauillationibus excusationem sibi inuenire no desinunt, sicut nunc facere Ariu plenius uestra perspicit magnitudo. Mihi uerò ad omnia quæ ab eo in culminis uestri præsen tia polita sunt, ueram fidem uendicati, respondisse sufficiat. PROB. Imperitioris & minus de scientia præsumentis est, prauitati potius studio dare, quam ueritati patientiam commodare, cum id allertoribus fidei conueniat, ueritatem potius lequi, quam erroris uel fallitatis copede prepediri. Horum igitur mos est, qui cu sua persidia caufam ad finem usc uenire conspexerint, metuentes ne cunctis hominibus eorupertidia innotescat, ad potioris se conferre præsentiam, ignorantes, quoniam & illic ueritati uictoria tribuitur, ubi potentiæ liberalis sentetia promulgatur. Frustra igit Arius uidetur de nostro iudicio ad principis appellare præsentia, cum in conflictu certaminis, nihil aduersus se senserit pravitatis, qui sua ignaviam, quibuslibet modis obtegere cupiens, nisus est ad principis conferre præsentia, quem constitit Athanasia, ab ho mous fi defensione, quod est unius substantiæ, divellere penitus non potuisse. Sed (ut eius superflua decreuit intetio) eum ne faciat, nullo modo refrenabo, ne uicti personam non sustinens, de adempto teporis spacio glorietur. Meæ uerò solertiæ erituniuerla, quæ ab utriusce in nostra cognitione prolata sunt, gloriosi sensibus prin-

quæ ab utriulæ in nottra cognitione prolata lunt, glorioti tentibus prin cipis intimare, ut falfidicis ambagibus procul amotis, ad uictoriæ palmā Athanasius, puræ sidei assertor, ualeat peruenire.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALE

XANDRIAE, AD MONACHOS EXHORTATIO.



ti, ut sit inchoatio uestra perfectio, & ad ueram uiuendi frugem gradus interpositos præuolantes, apice ipsius culminis occupato, disciplinæ summam teneatis, ut in uotis habere debeat, & imi tari quisquos quam posse credat: Instituti mihi tamen huius licentiam prærogatiue paternus ascripsit assectus, & amplecteda mihi uestræ expostulationis exactio. Qui dum me auditis, non solum libenter, sed etiam auide, impudentem me uestro amore

fecistis. Præcedentes duco, & ultra mensuram meg possibilitatis extensus, quos segui cupio, ducere compellor. Pergam igitur per tramitem uite uestræ, ut quasi qui primis literarum imbuatur elementis depictis, adumbratis prærogationibus, notas stylo imi tatore calcabo, accedentibus ad sperata beati instituti præmia, que sequenda sunt. Pri mum abstinentiæ cura, ieiuni, patientiæ, orandiasliduitas & legendi, uel si quis adhuc literarum expers sit, audiendi sit desiderium cum cupiditate discendi. Hæc enim funt prima quali lactentium cunabulorum in Dei agnitione crepundia, quibus homo admonitus, ortus sui diuini tramitis ingrediuiam uelle incipiat, dum posse confuescat. Et quidem ista tradens, non de uulgi promiscua side loquor, quod omnipotentis Dei tantum insinuata cofessio, & innocentiæ singularis instillata doctrina, uenia sola efficit esse contentum. Quanquam dominus noster, sicut legimus, omnes ue lit saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, tame quia præeminentis gratiæ cuncti capaces esse non possunt: Non enim omnes, qui ex Israel sunt, Israelitæ sunt : Nam & Ismael à consortio fraternæ hæreditatis excluditur, & compugnantes lacob & Esau, unius uteri claustra ruperunt, uel contenti puteo aquæ uiuæ, nos in holocaustum nostri, hostiam uoluntariæ oblationis aptemus, desiderantes escas & parantes, ac primatibus illis ad mensuram uiæ hanc sententiam largientes. Omnis creatura Dei bona, & nihil abijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, nos ad præmium gloriæ illo labore nitentes, bonum est non manducare carnem, neq; bibere uinum. Etrursus: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Abstinentia enim continentiæ nutrix est, quæ innupta siue nupta, facilius polsibilitatis frenos patitur, si no deliciarum calcaribus incitetur, quam sic eos qui ad summa nituntur, uel cupio uel mando colere, ne putent in alijs crimen esse nupsisse, scientes scriptum esse : Bonum est nubere, melius est non nubere. Qui hoc enim illicitum credunt, ipsi præmium sui laboris imminuunt. Illicitis enim cauere, iugum necellitatis est: permissa uincere, mu nus arbitrij. Malis abstinere, disciplinæ merces est: bona supergredi, libertas meriti est, non finis imperij. Illud legis indultum est terminis, hoc gratiæ reservatum est incrementis. leiuniorum quoco non sit uolentibus certa mensura, sed inquantum pos= fibilitas valet, nisu laborantis extensa, quæ præter dominicam semper sint solennia, si uotiua sint. His sese Moyses beatissimus præparans, affatibus Dei dignus ingessit. His prædictas per Ionam Niniuitæ minas, in placidam rurfus flexere fententiam: His Getuliæ populus Assyria obsidione coclusus, & usq ad deditionem, sui experta plurima uirtute conterritus, ab Holophernis tumentibus minis costantis manu foeminæ meruituindicari: His Mardochæus Amam crudelem superbia, præparato sibimet ligno, acceptæ pænæ conuersione suspendit. His lesus saluator noster in carne homi nis quem assumpserat, eruditus, suadelas diaboli tentantis obtundit. Quas & si aliter potuisset expellere, docendos tamen populos uoluit hac imitatione formare. Orationibus uerò ita frequenter instandum est, utuix eas aliquod tempus interpolet. Scriptum est enim: Orationibus instate, uigilantes in illis. Et iterum: Quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur uobis. Per has amicus dormiens excitatur: & quamuis omnem familiam sopor altus obsederit, depromitamen sibi ac porrigi panes imporeE

tunus expostulator extorquet. Has, si fieri potest, sola intercapedo disrumpat. Cuius rei cura in canonicis ponenda est salubriter mominentis: Non quod apochrypha des beamus, præsertim ignorata, damnare, sed quod ad scientiam Dei digestam, canonis seriem putemus posse sufficere. Illa enim si consentiunt, superuacua sunt. Si dissentiunt, uitanda sunt. Sine legendi studio neminem ad Deum intentum, sine autem legendistudio nemo ad dominum esse ualebit intentus. Primum, quod huiusmodi opera ab alijs actibus caducæ occupationis adducunt, & diuerforum exemplorum insinuata cognitio, uel bonorum appetentiam, uel malorum factam esse cautelam. Negienim alias Petrus Apostolus admoneret nos, dicens: Paratisemper estotead rationem reddendam, ad omnes poscentes uos de uerbo spei uestræ, & fidei. Et Apostolus: Non cessamus pro uobis orantes, ut impleamini agnitione eius inomni sapientia & intellectu spirituali, Et rursus: Verbum Christi habitet in uobis abundan. ter in omni sapientia. Nam & in ueteri Testamento similem hominibus curam sacræ præceptionis inculcauit eloquium. Sic enim Dauid ait: Beatus uir, quinon abiitin consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit: Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac noche. Et ad lesum Naue Deus loquitur: Non recedet liber iste de manibus tuis, & meditaberis in eo die ac nocte. His quoch negocijs malarum cogitationum lubrica frequenter interserunt. Et quamuis ipsa sedulitas animum ad Deum præstet intentum, efficittamen in sese mordax seculi cura solicitum. Quod si hæc frequenter & importune pa= titur religioso labori deditus, nunquam profecto illis carebit ociosus. Nam quoniam itudiorum membra digeffimus, morum augmenta cumulemus. Illud aut extra como nitionem puto, ut sit uichus facilis, uestitus quilis, cu hæc tegendi corporis gratiateperta sint, no ornandi: & illa sustinenda anima potius, & obruenda. His ergo, qua su pra ostendimus, actibus mancipatus, omne odi deponat inimici. Nechoc tantusine cotentus, simultates amore comutet, ira patientiæ temperet freno, auaritia abstinen. tiæ forti uincat imperio, & pręcipue lingua custodia taciturnitatis obsepiat, ne in litigium cotrouerlia feruescat, ne in maledictu procurrat, ne in obtrectatione maledica serpat, ne in iuratione facilis prolabatur, ne in mendaciu ficta simulet, ne in circuuentione astuta calleat, ne in elatione superba iactetur, sed observans tempus tacendi, & tepus loquendi, omne uerbu otiosum, obnoxiu sciat esse rationi. Nam ideo & Dauid beatissimus, ori suo custodia deposcit. Et condiendu sale, benedicti Pauli paginasa cra, sermone constituit. Et nullu indomabile mebrum esse qui lingua, testificata sacobi præcepta signarunt. Sit igitur qui huiusmodi uiam scandit tacitus, mitis, benignus. Et quia charitatis insolubilis habetur affectus, in studio parili semper aliu iudicans potiorem. Hoc enim freno astringit inuidiam, qua vicinæ sibi elationis sepius incitatam iudicio, dum gratias referendi sibi honoris appetit, notam miseri liuoris incurrit. Nec primum adeo unusquisq percipit, si ab hominibus id requirit: Deus enim superbisre sistit, humilibus autem dat gratiam. Qui cum de huiusmodistudio discipulos erudiret, ipsum pronunciat maximum, qui minimus uelit esse cunctorum. Esto, ab aliquibus frater tuus propensius honoretur, nec illos quasi minus amicos habeas, nec hunc quali æmulum prælatæ uenerationis attendas. Quinimo iudica circa te augmentum illius honoris accrescere, sciens scriptum: Si enim gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra. Nam quicung aliquem uestrum diligit, omnem dignitatem Deo in quem uos coitis, ascribit. In hoc filentium placet, in hoc affabilitas blanda diligitur. Huncrudis & innata simplicitas, hunc scientia erudita commendat. Huius in ieiunii iugitate patientia, huius in abstinentiæ uirtute contemptus, huius lectionis assiduitate sedulitas pro diuinorum munerum diuersitate laudatur. Hæc autem sicut scriptum est, operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis proutuult: Sicut enim corpus unum membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus. Omnes enim nos in uno spiritu, in unum corpus baptizati sumus. Sin guli uobis potestis omnium bonorum summam præsumere, si nullus se incipiatin eo, quod altero præcellit, efferre. Sed enim uos inuicem nexu aftrictæ charitatis archabitis,

cabitis, tunc eos qui foris funt, & in feculari actu adhuc mundialibus uinculis colligantur, nolite attentioris uitæ austeritatem damnare scientes scriptum: Nolo iudicetis, ne iudicemini. Etiterum: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum: domino suo stat aut cadit. Potens est enim statuere illum Deus. Magis benignitatis adhortationibus & illiciente blandimento uia ueritatis oftensa, nubem erroris aperite, ut non trahi incipiat unufquifc, sed sequi præcedentem. Semper duriora plectenda sunt, ne uiribus inclinata curuatio priusquam in circulum ueniat fatiscens, fragmen effundat. Huic enim sæpius scandala uulgi dicaciter gignuntur. Dum ad re-ligionis iugum censorium arrogatur imperium, uita nostra iubeat, lingua persuadeat: quia plus autoritatis gestat exemplum, & ingerit appetentiam sui, morum lenis formatio. In omni igitur actu uestro, quali speculo relucente, fulgete. Vbics cir= cunspecti, ubice soliciti, ne quid liuor inueniat, ne quid rumor uel falsus infligat. Foeminas probas & religionis studio uero deditas, cum mensura uenerationis honorate, ut nec austeritas inhumana, nec sedulitas sit remissa. Accessus ad uos inuicem uester non ingestus sit, sed innatus, quem causa fecerit, non quem causa sibi relaxax rit. Plures audite cum pluribus, aut si quando alterius sexus frequentia deerit, uel annorum cuiusquam est probata grauitas, uel celebritas loci, uel ratio temporis, id honeste, quia præcipue uobis ætas, hora, solicitudo, uitanda sunt. Non quo mihi fas sit, de his qui uere semel deuota Deo pectora dicauerunt, secus æstimare aliquid, sed ut ex abundanti sic omne quod fingi potest, tanquam possit & credi, caueamus, ne in nullo famæ nostræ uulnere serpat nata ab occasione suspicio. Ipsa famæ semina priusquam linguis nutriantur, intereant. Non tamen nobis fides facti, sed possibilitas etiam religanda mendacij. Beata enim uita est præclara, de qua nihil licet falsitati. Nece enimego hoc iudicium meum austerus censor arripui, sed cœleste imperium monitor blandus affumpfi. Nam & sic ait Apostolus: Zelans uos Dei zelo, despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo, sciens scriptum este: Ne ponatis offensionem, uel scandalum fratri. Et iterum : Sine offensione estote ludæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei. Et iterum: Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Et iterum: Vt quid enim libertas nostra iudicetur ab infideli conscientia : Et iterum: Omnía autem uestra, honesta fiant. Et iterum: Commendantes uosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Et iterum: Prouideamus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et iterum: Vt is qui ex aduerso est, confundatur, nihil habens dicere mali. Neq me præterit fecularis laboris inuidia in obtre-Chationem semper religionis ardere, & mordacem malignis rumoribus dentem impressum dicacitatis infigere. Vtatur sua mundus natura, dum nihil in nostra inueniat disciplina. Falsitas ex more iactetur, dum nec uerisimile quidem possit esse quod dicitur. Nemo ideo debet contemnere uulnus infamiæ, quia semper consueuerit rumor simulare. Sed eo attentius præcauere, quod soleat etiam ficta componere. Nemo ab obtrectationis metu redditur obtrectandi solennitate securus. Neque est negligentiæ causa solicitudinis continuata materia. Sit igitur pudoris ac reuerentiæ uestræ tuta ac circunspecta custodia. Necessarius è domo, & rarus egressus, quem aut religionis ratio extulerit, aut ad substantiam uictus causa exercendi operis ordina= rit. Muneribus cunctis, nisi quæ ad quotidianum cibum annuumig uestitum suppetant, abstinentes. Scientes scriptum esse: Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Et iterum: Vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Nec quidem præbendæ eleemosynæ gratia ultra supradictos uictus ab ullo quippiam præsumatis, scientes scriptum: Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet, acceptum est, non secundum id quod non habet. Sicilla Euangelici fermonis divina fententia, anum pauperem inter larga locupletum munera gemina tantum era mittentem, magnifica accepta largitione ditauit. Quia no potest parum esse, quod totum est. Nece quisquam amplius dedit quam qui sibi nihil reservauit. Hæc si cui præter uos nimium uidebuntur aftricta, qui Del claustra pulsare tetauerit, proutratio sua tulerit, relaxabit. Ne quis forte aut conexus sit coniuge, aut liberis impeditus. Habet præter hæc charta substantiæ plurima, quæ

sequatur. Nech se repulsum credat, sed aditu alterius uo cationis admissum, sicut scriptum est: Vnusquisquin qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Non tamenut propensiorem curam patrimonio, quam religioni in caducis magis occupatus impendat, agnoscens scriptum este: Et possidentes tanquam non possidentes. Si quem tamen posteritatis compede solicior natura si intelligatur absoluerit, causam hærendi in mundo, nisi ignarus est Dei munerum, non habebit. Cur enim uiuendi uoluntate non soluat, quod moriendi lege rumpendum est, faciens de sorte mercedem, ut de necessitate uirtutem augeat : Quinimo, qui in sua re familiari de paruis magna, de uilibus preciosa, æterna facit de caducis, solus est postquam peruenerit, ni sempiternus patrimonif sui possit elle possessor. Si auarus non est, debet desiderare perpetua, sciens scriptum este: Nolite the saurizare uobis the sauros in terra, ubitinea & rubigo exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur. The faurizate autem uobis the fauros in colo, ubi neg tinea, neg ærugo exterminant, & ubi fures non effodiunt, necfurantur. Hoc enim ei qui non caret filis, hortamentum est: qui caret, imperium. Ista uos cuncta congrua temporibus, apra personis, referta exemplis, condita blanditijs, affatu illice, hortamenti mitis integritate, facilius potest persuadere qui facit. Neque enim aliquo horum omnium fructu inuidi estis, cuiusquam æstimatione fraudandi. Eratuobis certe corpus firmum, ætas integra, rudes animi, quamuis angusta prohumani generis uarietate patebant, uel negociandi ufus, uel studium militandi. Diuerlæ artes innumera in actibus mundi augendæ facultatis officia. Postremo no deeras, uel pauper uxor, quæ uiuendi pararet uoluptatem, & in ista humanis sensibus pignorum blandimenta. Quæ uos omnia quidem corpore, & castis sensibus respuentes diuinæsententiæ formam religiosis actibus custoditis, dicete scriptura: Quicunq plus me fecerit domum, aut uxorem, aut filios, non est me dignus. Vestra igitur intuentes exempla, nec illi de meritorum fumma, angusta sui æstimatione desperent, qui substantia parili ad studium uitæ huius aduenerunt. In hoc ergo filij charissimi uiuendi tramite constituti, uacate, & uidete quoniam suauis est dominus. Dies noctesqlectionibus atcorationibus ducite. Et mei semper, quem in opere & scientia abortiuum omnium facerdotum præceptorem uobis tanti habuistis eligere, mementote. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, confortamini, omnia uestra in charitate fiant, & Deus pacis erit uobiscum.

Christi, quæ per imaginem ipsius facta sunt, in Beritho civitate, quinto idus Novembris.

A Pud Cæsaream Cappadociæ urbem præmaximam, convenientes de singulis urbibus Asiæsanchissimi præsules, prostabilimento sanctæ Ecclesiæ inierunt consilium. Siquidem apud eos de cruore lateris domini nostri Iesu Christi, non exiguus error exortus esse uidebatur. Qua ex re,ut præsati sumus, in iam dicta urbe maximus congregatus est sanctorum Episcoporum conventus, ut ex hoc errore in unum tractare deberent. Sed dum cuncti ex more in sanctam Ecclesiam adresidendum se contulissent, Petrus beatissimus Nicomediæ urbis antistes, in medio eorum consurges, ita ad universos exorsus est loqui: Si placet, inquit, vestræ sanctitati, ô sanconsurges, ita ad universos exorsus est loqui: Si placet, inquit, vestræ sanctitati, ô sanconsurges, ita ad universos exorsus est loqui: Si placet, inquit, vestræ sanctitati, ô sanconsurges, ita ad universos exorsus est loqui: Si placet, inquit, vestræ sanctitati, ô sanconsurges.

Ctissimi patres, libellum unum Athanasij Alexandrinæ urbis magni Episcopi, me uobis referre delectat. Sancta synodus respondit: Placet
plane, & ut legatur, optamus. Ad hæcille libellum in
medio protulit, & materiam ipsius titue
litaliter aggressus est
legendo.

LIBELLVS

LIBELLUS ATHANASII EPISCOPI

ALEXANDRINAE VRBIS, DE PASSIONE IMAGINIS DOMIninostrilesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in urbe Beritho.



oculos simul & aures erigite, & considerantes admiremini rem gestam, quam ad uestram scientia transmittere cupimus. Cernite cuncti infinita Dei omnipotentis mirabilia, & ei laudes incessabiles reddite per secula. Contemplemini eius inestabile per cunctias generationes benignitatis magnitudinem, multis modis luce ce clariorem, super humanum genus resplenduisse semper. Confiderate sublime dispensationis eius mysterium, & ideo ex nimia

eius pietate permoti, assumite plactum, lachrymas chamaras proferre mementote, ac singultibus super tale miracului in nostra generatione patratum, quod pene omnibus seculis est mandatum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est dissicile. Nam super ea que ipse modernis dignatus est patrare temporibus, omne cor obstu pescir, audientium sugit uisus, hebetatur auditus. Sicut enim in passione unigeniti ipsius expauit colum, Dei caca imago est reddita, radij quoq solis suce obtenebrati sunt, quinetiam terramotus suo horrendo sonitu abyssi fundameta ualide exterruit, & mortuos plurimos quos tenebet, eructauit uiuissicatos: ita & nunc secundo eadem signa pariter sunt innouata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupescite, & ea qua uobis intimare curamus, plena side & aure intenta cordis percipite. Est autem huiusmodi series narrationis.

Capitulum t.

Est quæda ciuitas in Syria, inter terminos Tyri & Sidonis polita, Berithus uoca-ta, Antiochiæ uerò lubdita. In hac urbe iunumerabilis multitudo erat Hebræorum, quamuis eodem tempore ciuitas Metropolitana obtineret dignitatem. Accidit aŭt, ut iuxta synagogam Hebræorum, quæ magna ualde habebatur, quida Christicola à quoda suscepisser cellulam, censum que ex ex redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandū, iconā domini nostri lesu Christi, quam apud se habebat, fixit in pariete contra lectuli sui faciem, quæ etia continebat in se integra domini staturam. Euoluto denico non paruo teporis spacio, iam prælibatus deicola perquirere studuit in alio lo co eiusdem urbis spatiosam domű ad habitandum. Qua cum reperisset, tollens cűcta quæ ad se pertinere uidebantur, egressus est de cellula. Domini aut prouidentia id a= gente, lesu Christi domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc aut domini occulto peractum est consilio, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitione ueritatis uenire, ut ostenderet cunctis se colentibus, suorum miraculor uirtutem ad increpationem impiorum, firmamentu quoq suorum fidelium. Factum est autem post hæc, ut Hebræus quida eandem cellula susciperet ad habitandum. Quam ingressus, cũ suis omnibus cœpit habitare in ea, minime conteplatus locu illu, qui dominica ico nam apud se retinebat abscondită. Die uerò quadam idem Hebræus de suis cotubernalibus inuitauit unu ad prandiu. Epulantibus illis, eleuauit Hebræus qui inuitatus fuerat, oculos, & uidit in interiori loco cellulæ eius icona dominica parieti conexam. Tunc uehementi furore exardesces, copit fremere dentibus aduersus eum qui ipsum couocauerat, dices: Tu Hebræus cum sis, quomodo apud te lesu illius Nazareni iconam habes repolită: Conuitia quoc & opprobria tanta aduersus dominu Saluatore emilit, quanta nec aures fideliu sufferre possunt, nec nos scriptis tradere presumimus, ob iniuria nostri redemptoris. ludæus uerò qui illum maleuola couocauerat ad pran= dium, satisfacere illi cupies, sacramentis terribilibus profitebatur se aliquando minime, qua præmonstrabat, uidisse iconam. Ad hæc qui inuitatus fuerat, siluit. Finito aut couiuio abscessit, & abijt ad summos sacerdotes & principes, & dixit eis: Notu uobis sit, quonia Hebreus ille talis lesu Nazareni icona apud se retinet clanculò. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum: Nunquid possunt uera esse quæ asserise no credimus nist demonstrademonstraueris. Ipse uerò affirmabat, quia ego in domo eius eam demonstrare curabo. Hæc illi audientes, maximam in iram deciderüt. Sed die illo, quia iam hora incum bebat uespertina, siluerüt. Mane uerò facto, summi facerdotes, principes, & maiores natu plebis Iudæorū, assumentes secum illum qui eum accusauerat, ad domum ipsius uelocius festinauerunt. Videntes autem uera esse quæ dicta suerant, facto impetu cum eo, qui hæc testissicauerat, irruerunt in eum. Multiscip contumelijs, ac uarijs cruciatibus assectum, extra synagogam semiuiuum proiecerunt.

Capitulum 11

Eponentes autem domini nostri lesu Christi iconam in terra, dixerunt ad inuicem: Quoniam aures nostras tetigit non exigua opinio, quod lesum Nazarenum patres nostri diuersis modis illuseruut, ita & nos huic faciamus. Tunc coeperunt spuere in faciem imaginis domini Saluatoris nostri, & percutiebat eum alapis, & inde dicentes: Quanta lesu Galilæo nostri genitores fecerunt, eadem & nos huic eius imagini faciamus. Innumerabilibus itaq illusionibus dominicam illuserunticonam. Irerum dicunt, in eius passione scriptum esse agnoscimus, quòd eius pedes & manus in cruce confixæ sunt, nos uerò quamuis moderniores tempore nil prætermittentes, addamus & hæc: Tunc crucifigentes iconam dominicam, clauos acutissimos adhibuerunt in manibus, & pedibus illius imaginis. Post hac permoti magis ac magis fel lis amaritudine, dicunt inter se: Audiuimus quod patres nostri lesu Galilæo acetum & fel in potum cum spongia prebuerunt, hoc & huic faciamus. Quod & sic fecerunt, apponentes ad os sanctæiconæ nostri redemptoris acetum cum felle mixtum. Nec sic itacs cordis sui malitiam refrenantes, iterum dicunt: Didicimus quòd nostri maiores coronam contextam de spinis capiti illius crucifixi circumponebant, postmo. dum arundine percutiebant, insultantes ei, & nos igitur nequaquam postponetes idipsum faciamus. Cumés coronam spineam capiti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginisillius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremum uerò, cum infaniam suæ mentis tolerare non possent, dixerunt, sicutueraciter didicimus, patres nostri latus lesu lancea aperuerunt. Nos uerò ne aliquid minus fecisse uideamur, & hocipsum adijciamus. Nullam ad hæc moram mediam fecerunt, & afferri lanceam iusserunt, & præceperunt cuidam Hebræo tollere eam, & ualidio i cu latus dextrum iconæ illius trasfodere. Cum is tam maximum facinus suisset perpetratum, res mira & uehementer stupenda, nullo quanquam seculo unquam audita, ibi repente est esfecta. Nam ipsius uulneris locus, aqua & sanguine ilico copit decurrere. Et sicut in passione Dei filis saluatoris mundi olim contigit cœlum expauisse, ita nunc quoq pariter Deo præstante, eadem innouantur siue reparantur. Vere enim in hoc facto non solum elementa mundi concuti potuere, sed etiam uirtutes supernæ tale facinus exhorruere. Tibi ergo Christe cum patre spiritucio sancto sitgloria indeficiens. Quis enim est sicut tu domine, & quis est Deus facies mirabilia signa, & terribilia, & obstupescenda in colo & in terra; O admirabilis mediator Dei & homi num, homousion, mundi redemptor ac saluator, totius bonitatis & pietatis sons & origo. O quantus es domine lesu in humilicate qui cum esses Deus morticinium nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impii & crudeles paulo minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quam magnus es noster Saluator in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo proditori ad te uenienti osculum præbere non renuisti, & feruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam reintegrasti, quado ad passionis uictimam uelut ouis mansueta ducebaris. O quantus es in misericordia Christe, spes unica mundi, qui cum in cruce teipsum hostiam Deo patri exhibuisses sancta & immaculatam, pro tuis crucifixoribus ueniam poltulalti, dicendo ad patrem: Pater,ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute incuruatus, in eadem carne quam ex Virgine sancta & immaculata assumpseras, mortem pertuli sti crudelem. Et qui eras in substantia cum patre sancto & spiritu unus & impallibilis existens, & inuisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lachryimarum uallem descendens, pro nostris erratibus & piaculis, formam seruilem suscepisti, in qua te permissiti ab iniquis teneri, flagellari, ad ultimum uerò crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua crucifigeris domine iterum ad confusionem impiorum omnium fidelium, & ad corroborationem omnium in te credetium. Et ideo tibi omnipotenti Deo una cum patre spirituci sancto gloria sit, per cuncta seculorum secula, decus & fortitudo, uirtus atequictoria, Amen.

Capitulum III.

Vdite omnes Ecclesiæ filij cætera quæ postmodum facta sunt, ipsius enim mysterij fuit dispensatio. Postquam enim, ut superius dictum est, latus sanctæimaginis illius lancea apertum est, continuo exiuit sanguis & aqua. Dixerunt autem prin cipes secerdotum, afferatur uas ad locum uulneris, & uideamus exitum rei. Qui ilico detulerunt hydriam, & ad locum uulneris, unde sanguis & aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absquilla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad inuicem: Quoniam susurrat Christum colentes, quod signa & mirabilia multa inaudita secerit in mundo, quæ nemo alius potuit agere: accipiamus hunc fanguinem, & aquam hac, & deferamus ad nostram synagogam, & congregemus universos qui se male haber, & ex hoc perungamus eos, & si uera sunt ea quæ de Christo dicuntur, continuò sanabuntur: sin alias, oftentui habeantur à nobis cuncta, quæ à suis sequacibus astruuntur de eo. Hec dicentes, hydriam deferunt ad fynagogam, æstimates se CHRISTO IESV domino nostro æterni regis filio, maximam inferre posse iniuriam. Congregauerunt igitur quoscunce repererunt laguidos, & in conspectu cunctorum Hebraorum introducti funt in synagoga, inter quos quidam prouecta atatis erat homo, quem à nativitate fua grauissima possederat corporis molestia, quæ Græca locutione Βάλυσις, Latina uero dissolutio membroru dicitur. Hic dum primum ab eis fuisset perunctus, repente de suo grabato, quasi ceruus exiliens, ad laudem filij Dei incolumis redditus ad propria remeauit. Deinde adducentes cecos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerut. Qui ipsi statim in lesu Christi nomine discussa cæcitate, post multos annos lumen amissum recipere meruerut. A grotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga reuinctis. Cum & illi suissent peruncti, mirabili Dei uirtute undice perfusi, sensu reintegrato pristino, ad propria dum reuertutur fanissimi, laudes Deilomnipotentis filio lesu Christo domino saluatori nostro persoluuntur ab omni populo. Tumultus autem exortus est magnus per totam eandem ur bem concurrentibus omnibus, propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicunquarijs languoribus infirmos possessos habebant apud se, illuc eos deducentes perungebant, & statim sanitatem quam desiderabant, consequebantur. Omnes autem ad quoscunce peruenire potuit opinio, afferentes infirmos quos habere poterat in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, surdos, mutos, & leprosos siue aridos, deducebanteos ad fynagogam Iudæorum, ubi hæc fiebant figna diuinitus. Sed quamuis maxima effet hæc eadem fynagoga, nequaquam tame recipere poterat superuenientium multitudinem. Infinitæ enim erant populorum cateruæ, quæ undica illuc coffue bant propter innumerabilia miracula & prodigia, quæ pro sua nimia prolixitate ne fastidit generent, transgrediendo prætermittuntur. Omnes autem principes sacerdo tum, & seniores, & omnis turba ludæorum paruulorum ac maiorū, & mulierum, uidentes quæ facta fuerant, crediderunt in dominum nostrum lesum Christum, & dice bant:Gloria tibi sit æterne Deus, & omnipotens pater, qui nobis indignis, quamuis sero, reuelasti unicum filium tuum dominu nostrum lesum Christum, quem, ut Esaiæ uaticinium cecinit, uirgo concepit, & uirgo peperit, ac post partum uirgo permansit. Gloria sit tibi Christe, quem patres nostri uerum Deum & uerum hominem, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiam à nobis iterum passus es te in imagine tua cruci affigere. Gloria sit tibi Christe fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miseris demonstrasti. Te credimus, tu nobis esto propitius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima, atquuirtute ad te cofugimus. Hæc & his limi lia clamantes dicebant, lachymas autem amaras emittebant & singultus.

Capitulum

Capitulum HIII. Ostquam autem curati sunt cuncti, qui egritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo ludæorum ad domum fanctæ Ecclesiæ, quæ in eadem urbe erat, ubi Metropolitanus. Cuius prouoluti uestigijs, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis uocibus fatebantur. Qui cum ab eis perquireret omnem rei geste ueritatem, sanctam iconam domini Saluatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt cuncta quæinea exercuerat. Et qualiter ab ictulanceæ, sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea oftensis, illi retulerunt per ordinem. Ille uerò interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, & si ab aliquo eam excepissent. Atilliretulerunt ei, quod quida Christicola per obliuionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitadi gratia. Quista tim iubetur inquiri, & repertus in præsentia domini Metropolitani statuitur. Cumig ab eo studiosissime suisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, uel à quo tam mirabiliter posita effet, respondit dicens: quod Nicodemus qui ad lesum nocte uenerat, propris manibus eam composuisset, & moriens Gamalieli tradidisset. Gas maliel autem doctoris gentium Pauli Ardaoxan G, cum diem fibi cerneret adeffe extremum, lacobo eam reliquit, & lacobus Simeoni, & Simeon Zachao, & sicpersuc ceilores temporum in Hierosolyma perdurauit, usquo subuersio illius urbis patras ta est quadragesimo & tertio anno post ascessonem domini Saluatoris ad colos. Sed bienium antequa Titus & Vespasianus eandem subuerterent urbem, admonitisunt à spiritu sancto fideles ato discipuli Christi, ut relicta urbe, ad regnum se transferrent Agrippæ regis, quia ipse tūc Agrippa Romanis fæderatus erat. Qui egressi ab urbe. omnia quæ ad cultum nostræ religionis uel fidei pertinere uidebatur, secum auseren tes, in has regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam icona, cum cateris rebus ecclesiasticis deportata, usco hodie in Syria permasit, quam ego ipse à paretibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, iure hæreditario usq nunc possedi. Heccerta & manifesta ratio est de icona sancta domini Saluatoris, qualiter de Syria in ludaz partes deuenit. Auditis his sermonibus reuerendissimus Metropolitanus, ualde hilaris red= ditus, couerfus ad populum Ifraeliticum dicebat: Convertere Ifrael ad dominum patrem universorum viventium, & adora nobiscum eius filium, per quem suntomnia creata, & spiritum sanctum, qui est uiuificator cunctorum uiuentium, & illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absoluere uotum. Omnis autem turbastirpis Iudaicæ, clara uoce cœpit catare, & dicere: Vnus deus pater, & ipse ingenitus: Vnus filius, & iple unigenitus Chriftus, quem patres nostri crucifixerut, & nos iplumagno uimus uerum dominum. Vnus spiritus sanctus, & ab utroce procedens, per quemueraciter nos credimus esse saluandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, ueniam postulabant de suis consequi sceleribus, per baptismi remedium. Quos suscipies beatus Antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina erudinit Christiana. Ad

Capitulum v.

Ostquam uerò baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanciumuirum, ut synagogam suam Ecclesia consecraret in honore sancti Saluatoris mundi. Quo rum petitionem minime aspernatus, synagogam illorum, quæ maior esseuidebatur, in nomine unigeniti Dei sili redeptoris mundi cosecravit. Ex tunc itaq per diversa orbis terræ nationes & provincias mos inolevit, ut basilicas plurimas vel oratoria, potifices Christiane legis, in honore sancti Saluatoris mundi codere & dedicarenon desinant. Nam antea antiquiores nostri, vel maiores, hoc peragere minime præsumpserunt. Sed ad narrationis vestræ ordinem reslectamus articulum. Rogaverunt aut Metropolitani præsatu virum, ut cæteras synagogas eorum in honore quorunda bea torum martyru consecrando recociliaret. Itaq & huic petitioni libenter animum accomodavit, & quæ illi suggesserut, Dei iuvamine fretus, cucta explevit devotus. Factu est gaudiu magnu in civitate illa, no solu de sanitate corporu, que emanaverat ma xima, sed & de tatis animabus, quæ ab interitu satanæ ad vita æterna suerat revocate. Capitulum

ultimum uero catechumenos factos, & triduano peracto ieiunio, exaqua & spiritu

fancto regenerauit eos.

Capitulum VI.

Enerabilis uerò & summus antistes, die noctuci uarijs sluctuabat cogitationibus de hydria, quæ dominicum intra se retinebat cruorem, ualde hæsitans, quid de ea opportunum suisse peragere. Tandem autem salubri reperto cossilio, omnium Ecclesiarum, quæ per orbem terræ, longe lateci consistebant, inæstimabile atcip profuturum prouidit consolationis remedium. Denici ampullas præcepit siexi uitreas, in quibus portiones misit singulas de sanguine & aqua, quæ de imagine domini Saluatoris nostri decurrerant, quas etiam per Asiam, Aphricam, Europam, per suos núcios dirigens, cuncta quæ apud urbem sam dictam suo tepore contigerant, deuenisse suis scriptis uel eloquis manifestissime universis sancte Ecclesiæ silips uiriliter declarauit. Hoc insuper ab eis essagitans, ut per annos singulos in mense Novembri, qui apud Hebræos est nonus, apud nos uerò mensis undecimus, nono die ipsius mensis, id est, quinto idus Novembris, non minori reverentia quàm natalis domini vel paschalis,

ista die præcipua observatione colatur.

Capitulum VII.

Hac est uera & uehementer credula ratio de cruore lateris domini nostri Saluatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius, qua crucifixa est in Syria in Beritho ciuitate. Hic est etiam sanguis ille dominicus, qui apud plerosque repertus este dicitur. Nec este aliter astimandum est à uere catholicis, prater id quod scribitur à nobis, quasi ex carne & sanguine Christi aliquid possit in mudo inueniri, nisi illud quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hac ergo sciens amantissimi patres & fratres acceleraui declarare, uobis ad adiscationem animarum uestrarum, ad incrementum uestra sidei, ut & in hoc scire ualeatis, quanta sit uirtus & pietas domini saluatoris nostri lesu Christi. Idcirco in side fortes estote, & congaudete super magna & obstupescenda eius miracula, qua in nostra generatione à Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum latitia gaudentes, & cum nimia cordis copunctione eius maiestati immensas gratias agite, eo quòd sidei sua, & scientia dignos uos secit esse. Ipsi Christo Iesu saluatori nostro, cum patre sanctos spiritu gloria sit honor sp. saus eriam perennis. Qui sempiternum atque indivisum absominio & sine obtinet imperium. Amen.

ATHANASII EPISTOLA ET AEGY

PTIORVM EPISCOPORVM, AD MARCVM PAPAM pro exemplaribus Niceni concili, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.



OMINO sancto & Apostolici culminis uenerando Marco sanca Romanæ & Apostolicæ sedis, atquniuersalis Ecclesæ Papæ, Athanasius & uniuersi Ægyptiorum Episcopi. Ad uos peruenisse non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maxime ab Arianis quotidie patimur. Quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam uiuere iam nos tædeat. Nam instanti tempore, subito & insperate in nos irruentes, noscipiuxta præceptum domini, qui ait: Si uos pesecuti suerint in unam ciuitatem, sugite

in aliam, fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non ualuerur, sed omnia nostra depopulati sunt. In tantum etia nostra uastauerunt, ut nec libros, nec uestimenta Ecclesiastica, aliaci ornamenta, nec reliqua utensisia nobis dimiserint. Libros uerò nostros use, ad minimum incendentes, nec iota unu relinquen tes, propter ueritatis sidem Nicenam synodum, qua clerus & populus imbuebatur, & maxime iam imbuti erant, in contumeliam nostram, & omnium Christianorum incenderunt. Quapropter precamur pater beatissime, quia non dubitamus apud uos plenaria esse Niceni consissi exemplaria, utilla nobis qua sancta recordationis pradecessoris uestri Syluestri suerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando predidecessoris uestri Syluestri suerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando predidecessoris uestri Syluestri suerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando predidecessoris uestri suerunt suer

etæ synodo cum pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ ciuitatis episcopo in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio, per beatos uiros Victorem & Vincentiü presbyteros, Apostolicæsedis apocrisiarios, missa sunt prædicto Papæ Syluestro cum astipulatione subnexa capitula septuaginta. Sanè presentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata funt synodo semel, & quadraginta à Græcis Græca dicta lingua, & quadraginta à Latinis similiter dicta Latina lingua. Sed uisum est trecentis decem & octo patribus, sancto spiritu repletis in pradicto concilio congregatis, & maxime iam dicto Alexadro, & Apostolice sedis apo crissarijs, ut decem capitula adunarentur alijs, atq congruis in locis infereretur, & ad formam septuaginta discipulorum, uel totius orbis terræ linguarum septuaginta, tanti & tam excellentis consilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informa rent orbe, & omnes sub sacerdotali nomine & Christiano degentes, una sides, & una sacerdotalis regeret norma, nec quisquam à suo dissideret capite. Nunc ergo, quia ut prædictum est, inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, & maxime Ariani, à quibus quotidie expugnamur & opprimimur, prefata septuaginta Niceni concilij capitula, quæ prefata synodo iam facta, iubente domine meo Alexandro omnium Episcoporum decreto attuli, quæ etiam coram omnibus recitaui atq; transcripsi, sunt igne combusta, optamus ut à uestræ sanctæ sedis Ecclesiæ autoritate, quæ est mater & caput omnium Ecclesiarum, ea ad correctionem & recreatione fidelium orthodoxorum percipereper presentes legatos mereamur, quatenus uestra fulti autoritate, uestris coporecibus robo rati, illæli à memoratis æmulis fanctæ Dei ecclesiæ, & nostris euadere, nobisés commissos eruere ualeamus. Vere nouimus Apostolatus uestri cor gratia sancti spiritus in tantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis, quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamé uestri sumus uobis co obedietes cum omnibus nobis comis sis, & sumus, & esse semper uolumus: ideo decet & oportet uos nobis hec quærogamus, & alia que necessaria (iuxta sapientiam quam uobis præstitit altissimus) esse cognoueritis, absq tarditate prestare ut tantæ miserie squalores à sidelium metibus detergantur, & quasi uulnus corpori infixum, auditu tante miserie obserato, salutari curetur antidoto, ut divino freti iuuamine, uestracp autoritate atcp auxilio roborati, aduersantium tergiuersationes euadere ualeamus, atcpinconfuso uultu, nonfraude cuiusquam perculsi, assistere æterno iudici mereamur, & uocem audire inquientem: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Et subscriptio: Orantem pro nobis sanctum Apostolatumuestrum suis dominus conservet temporibus.

RESCRIPTVM MARCI PAPAE, DE MISSIONE CAPITVlorum Niceni concilii Athanasio, & omnibus Ægyptiorum Episcopis.

Ominis uenerabilibus fratribus Athanalio, & uniuerlis Ægyptiorū Episcopis, MACVS sanctæ Romanæ Apostolicæch sedis, & uniuersalis Ecclesiæ Episcopus. Doleo fratres, & nimium contristor super afflictione uestra, sed oppido confolor, quod uento agitata non estis arundo, sed recti in side, inter omnes procellarum & turbinum afflictiones, inter omnes colluctationes, incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis uestræ literis, uigorem constantiæ uestræ, quam olimnoueramus, agnouimus. Congratulantes uobis, quod ad custodiendum gregem pastoralem curam uigilanter insequimini, ne lupi, qui sub specie oui subintrarunt, bestiali sævitia simplices quasce disacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea que sunt sana, corrupant. Quapropter moneo & hortor disectionem uestra, ut bonum quod cæpistis, adminiculante divina gratia, use in sinem perducere satagatis, ueritatis uoce monente: Beatus qui perseuerauerit in sinem. Vnde enim beata perseuerantia, nisi de uirtute patietiæ. Nam iuxta Apostolic. Omnes qui uolue rint pie uiuere in Christo, persecutione patientur. Quæ non in eo tantum coputanda est, quod contra Christiana pietate aut serro, aut ignibus agitur, aut quibuseunce splicijs

plicijs, cum persecution u sævitiam suppleant, sed dissimilitudines morum & cotuma ciæinobedientiű, & malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus, ut comu nia semper membra pulsantur, ut nulla piorum portio conflictatione sit libera, ita ut nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc & omnia incrementa probabilium studiorum, & in eis use in sinem perseuerantiu, ates bone uoluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore. De capitulorum nanqueritate & numero Niceni cocili, quib. uos interfuisse literis uestræ fraternitatis significastis, à nostris qui una uobiscu interfuerunt diligentioribus requiliuimus collocutionibus. Qui ita, ut uestre testatæ sunt litere, omnem nobis ordinem exposuerunt, & uestram epistolam per omnia ueram esse testati sunt, no ut aliquid sinistrum uestra ex parte arbitremur, sed nos & uos illos qualique ulla in posteru titubatione unum sentire optaremus, & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino providente, & beato apostolo Petro opem ferente, in futuro manebit, sine ulla hæreticoru insultatione, sirma & immobilis omni tempore perlistet. His itacs peractis, diligenter requiretes, in sancto no stræ & Apostolicæsedis scrinio, eadem que sanctærecordationis prædecessori meo Syluestro sunt directa, septuaginta sicut significastis capitula inuenimus. Ipsa autem uobis, propter autoritatem & subscriptionem tantoru patrum, & eius magis concilij minime milimus, sed per eadem, coramo apocrisiarijs uestris, alia similia, eudem numerum, eadem querba, et ipsam subscriptionem continentia, uobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat: Nam no neganda nobis hec sancti spiritus dona dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus cotradenda & docenda distribuit. Hæc Apostoloru uiua traditio, hec est uera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fouenda, atq fiducialiter ab omnibus teneda hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiar Christi ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolice traditionis nunqua errasse probatur, nec hereticorum nouitatibus deprauada succubuit, sed ut in exordio normă sidei Christiane percepit ab autoribus suis Apostoloru Christi principibus, illibata finetenus manet secundu ipsius domini Saluatoris diuinam pollicitatione, qui suoru discipulorum principi in suis fatus est Euangelijs: Petre (inquiens) ecce satan expetiuit, ut cribraret uos sicut qui cribrat triticum, ego aut pro te rogaui, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerfus, confirma fratres tuos. Consideret itaq uestra excellens prudentia, quam bonu sit persistere in dispesatione uobis credita, & in fide recta, atq hereticis & amulis Christi repugnare, & nunqua à ueritatis tramite declinare. Quonia dominus & Saluator omniu, cuius fides est, qui pro nobis mori no dubitauit, & proprio nos suo sanguine redemit, qui side beati Petri no defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos pontifices meæ exiguitatis predecessores condenter fecisse, semper cunctis est cognitũ, quorum & pulillitas mea, licet impar sit & insima, pro suscepta tame diuina dignatione, ministerio pedissequa cupit existere. Ve enim erit nobis, qui huius mini sterij onus susceptum habemus, si ueritate saluatoris nostri lesu Christi, quam Aposto li predicauerut, prædicare neglexerimus. Væ etia erit nobis, si silentio ueritatem oppresserimus, qui erogare numularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis eius ueritate cofundimur predicares Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus & de officio suscepto, rationem iustus iudex Christus Deus districtam egerit: Ideo fratres hortor dilectionem uestram, obtestor et moneo, ut qua debetis solicitudine, uigiletis ad inuestigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei Ecclesie, & à sanis mentibus ne pestis heclatius diuusgetur, seueritate, qua potestis pro uiribus extirpetis. Quantum enim habebit à Deo dignæ remunerationis premiü, qui diligentius quod ad falutem commisse sibi plebis prosit, suerit executus: Ita ante tribunal Domini de reatu negligentie se non poterit excusare, quicunq plebem suam contra sacrilegæ persuasionis autores noluerit custodire. Data vin. Calendas Nouembris, Nepotiano & Secundo, wiris clariffimis consulibus. SANCTI

SANCTIATHANASII ARCHIEPISCO:

PI ALEXANDRIAE, EPISTOLAE DVAE AD SERAPIONEM Episcopum, de Sancto spiritu: Des. Erasmo Roterod. interprete.



DMIRABERE forlitan qui factu sit: ut qui iussus eram Epistola de spiritu sancto conscripta disputationem in copendium cofer re, remés paucis explicare, nunc uideas me supersedetem hac de re uerba facere, scribere aduersus eos qui impietatem admittetes in filium Dei, dicebant illum esse creaturam. Verum haudreprehendes factum sat scio, si causam intellexeris, quin potius approbabit tua pietas, ubi uiderit qua probabilis ratio nobis hocpersuaserit. Quoniam enim, ut ipse dominus ait, non à seipso loque-

tur paracletus, sed quecunquaudierit loquetur, quoniam ex me accipiet & annuncia bituobis, & quum insuffasset in eos, dedit illum ex se discipulis, ita & pater estuditillum super omnem carnem, sicut scriptum est:ideo sane prius de filio Dei cogruenter mihi tum dictum est, tum scriptum, nimirum ut ex cognitione filij, ualeamus & spiri tus sanctirectam habere cognitionem. Qualem proprietatem cognouimus filiu ha bere cum patre, eandem coperiemus & spiritum sanctum habere cum filio, & quemadmodum filius dicit: Omnia quæcunce habet pater, mea funt, sic hec omnia comperiemus elle, per filium in spiritu sancto. Et quemadmodu pater oftendit filium, dices: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, sic fili est spiritus. Emisitenim, inquit ad Romanos Apostolus, spiritum suum, in cordibus nostris clamantem, Abba pater. Et quod admirabilius est, quemadmodu filius dicit, quæ mea sunt, patris funt, sic patris est spiritus sanctus, quemadmodum dictus est filij. Siquidem ipse filius dicit, ubi uenerit paracletus, que ego mitta uobis à patre, spiritu ueritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Paulus autem scribit: Nemo nouit quæ funt hominum, nisi spiritus hominis qui est in ipso. Sic & quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, qui est in eo. Nos uero non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum, qui est ex Deo, ut sciamus que à Deo donata sunt nobis. Quin & in tota divina scriptura comperies, quod spiritus sanctus qui dicitur filij, idem dicitur esse Dei. ldig in superioribus libris conscripsimus. Proinde quemadmodum filius eo quod habet proprietatem cum patre, quodos proprium germen est ex illius substatia, no est creatura, sed patri homousios, hoc est, eiusdem essentiæ, sic haudquaqua spiritus sanctus possit esse creatura, quin potius impius est qui hoc dicat, eo quod habet proprietate cum filio, quodo ex illo datur omnibus: denio quod que habet, fili funt. Hæc fufficiebant ad persuadendum, uel cuiuis cotentioso, ne posthac dicat esse creaturam spiritum Dei, qui est in Deo: qui ce profunda scutatur Dei, qui ex patre datur per filium, ne ex his cogatur & filium dicere creaturam, qui est uerbum, qui sapientia, qui figura, qui splendor est patris, quem quisquis uidet, uidet & patrem, ac deinceps audiat: Qui negat filium, nec patrem habet. Alioqui paulatim iste progrediens uelut ames dicturus est, non esse Deum. Attamen bonum fuerit pluribus argumentis impios redarguere, & ex quibus demonstratur filius no esse creatura, ex issdem demonstrare, nec spiritum sanctum esse creaturam. Ex non extantibus sunt creatura, & esse coperunt. Nam in principio creauit Deus cœlum & terra, quæch in his sunt. At spiritus sanctus ex Deo est, diciturci, quemadmodu ait Apostolus: Quod si filius quoniam no estex non extantibus, sed ex Deo, cosequenter non potest esse creatura, necesse est, nec spiritum sanctum esse creatură, eo quod in confesso est eum esse ex Deo. Nam creatura funt ex non extantibus. Rurlum unctio & signaculum dicitur & est, spiritus sanctus. Etenim loannes scribit: Et uos unctionem accepistis ab eo, ut maneat in uobis, nec opus habetis ut quisquam uos doceat, sed sicut illius unctio, spiritus eius docetuos de omnibus. Rursus in Esaia propheta scriptu est: Spiritus domini superme, eo quod unxit me. Paulus fic scribit: In quo & credentes signati estis. Et iterum: Ne contristetis spiritum sanctum in quo signati estis in diem redemptionis. Vnctiones autemin

hoc unguntur ac signantur. Quod si unctiones in hoc unguntur ac signantur, haudquaquam erit creatura spiritus. Nece enim quod ungit, simile est ijs, quæ ungunt. Siquidem hæc unctio, halitus est fili, ut qui habet spiritu, dicat, Christi bonus odor sumus.lam & signaculum filium exprimit, ut is qui signatur, habeat Christi formam, sicut dicit Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in uo bis. Quod si spiritus bonus odor, ac forma filij est, manifest u est spiritu non esse creaturam, quandoquide nec filius cum sit in forma patris, est creatura. Etenim ut qui ui= det filium, uidet & patrem: lic qui spiritum sanctu habet, habet filium, & qui habet il lum, templü est Dei, quemadmodum scribit Paulus: An nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis: loannes aute ait: In hoc cognoscimus, quod in Deo manemus, & ipse in nobis, quod de spiritusuo dedit nobis. Quod si filium, eo quod est in patre, & pater in ipso, cofitemur no elle creaturam : omnino necesse est, ne spiritum quidem esse creatura, quandoquidem in hoc est filius, & ipse uicissim in filio. Quapropter & qui spiritum accipit, templum Dei dicitur. Rursus aut ex hoc bo num fuerit cognoscere, si filius est Dei sermo, unus est sicuri pater. Vnus enim Deus, ex quo omnia, & unus dominus lesus Christus, unde & unigenitus filius & dictus est & scriptus. At creature multæ sunt uarieco, angeli, archageli, cherubim, principatus, potestates, catereis quemadmodu dictum est. Porrò si quia filius no est de multoru numero, sed unus est, sicut pater unus est, nequaqua est creatura, spiritus (oportet enim à filio accipere etia ipsam de spiritu cognitionem) nullo pacto potest esse creatu ra. Nece enim est de numero multoru, sed unus est & idem. Hoc nouerat Apostolus, dicens:Hæc aut omnia operatur unus & idem spiritus, dividens unicuica prout uult. Acpaulo post: In uno spiritu, nos omnes in unum corpus baptizati sumus, et omnes unum spiritu hausimus. Acrursum, quonia oportet ex filio capere spiritus cognitionem, nimirum decuerit & probationes ex eode proferri. Itaq filius utiq; est, quum sit in patre & pater in ipso. Nam omnia tenet & coplectitur, sicuti scriptu est, in illo colistunt omnia, siue uisibilia siue inuisibilia, & ipse est ante omnia. Atqui creature sunt in locis distinctis, ueluti sol & luna, reliqua de luminaria in firmameto, in coelo angeli, homines in terra. Quod si filius eo quod no est in distinctis locis, sed dum in patre est, ubiq est, & est extra omnia, no est creatura, cosequenter nec spiritus sanctus erit creatura, quum non sit in distinctis locis, sed impleat omnia, manes extra omnia. Sic enim & scriptű est: Spiritus domini repleuit orbem terrarű. Dauid item canit: Quò ibo à spiritu tuo, significans eum no esse in loco, sed sic esse extra omnia, ut tamen sit in filio, sicut filius est in patre. Nam hac ob causam, nec ipse est creatura, quemadmo dum est demonstratum. Super hæc omnia, magis etiam ex hoc damnabitur hæresis Ariana, rursus és perspicuum siet à filio proficisci quæ est de spiritu sancto cognitionem. Creator igitur est filius, quemadmodum pater. Que enim, inquit, uideo patrem facietem, hæc & ego facio. Omnia igitur per eum facta funt, & sine illo factum est ni hil. Quod si, quia conditor est filius quemadmodum pater, ideo no est creatura, & si, quia per eum condita sunt omnia, non est de numero rerum coditarum, manifestum est, ne spiritum quidem esse creaturam, quandoquidem & de illo scriptu est, ciij. Psal mo: Auferes spiritum tuum & deficient, & in terram suam reuertetur: Emitte spiritu tuum & creabutur, & renouabis faciem terre. Hoc uerò quum ita scriptum sit, palàm est spiritum non esse creaturam, sed adesse in creado. Siquidem pater per uerbum in spiritu creat omnia. Etenim ubi uerbum, illic & spiritus, & que creantur per uerbum, habent ex spiritu per uerbum uim, ut sint. Ita etiam scriptum est in xxxij. Pfalmo: Spi ritu domini cœli fundati funt, & spiritu oris eius omnisuirtus eorum: Videlicet adeo spiritus inseparabilis est à filio, ut hoc quod dicitur no sinat te dubitare. Etenim qui sermo domini fieret ad Prophetam, ea que à uerbo proficisce batur, in spiritu loquebatur Propheta.ld quod etia scriptum est in Actibus apostolorum, Petro dicete: Vi= ri fratres, oportebat impleri scriptură quă predixit spiritus sanctus: Velut in Zacharia, quu sermo Dei ad illum sieret, scriptu est, uerutamen sermones meosac legitima mea suscipite quacunce ego pracipio in spiritu meo Prophetis. Rursus cum paulò post incusans Propheta populum, dicit: Cor suum statuerunt impersualibile, ut non

exaudirent legem mea, ac fermones quos emilit dominus omnipotes, in spiritu suo per manus Prophetaru superioru. Item Christo loquete in Paulo, sicut ipse dixit: An experimentu queritis in me loquetis Christienihilo minus habebat spiritu, submini strantem ipsi quod loqueretur. Hunc enim in moduide scribit, luxta subministratio: nem spiritus lesu Christi in me. Rursum Christo in ipso loquente, ait: Nili quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur mihi dices, quod uincula & afflictiones me manet. No enim extra uerbu est spiritus, sed cu sit in ipso uerbo, in Deo per illud est, ita ut dona quoch in trinitate det. Nam in horu distributione sicut Corinthijs scribit, ide spiritus est, & ide Deus est qui operatur omnia in omnib. Siquide iple pater per uerbu in spiritu operatur, dato omnia uidelicet cu bene precaretur Corinthijs, in trinitate precatus est, dices: Gratia domini nostri lesu Christi, & charitas Dei & co municatio sancti spiritus cu uobis omnibus. Propterea quod cum participes sumus fpiritus, habemus uerbi gratia, & in eo patris charitatem. Cæterű quemadmodű una est gratia trinitatis, ita indiuisa est trinitas. Cæteru hoc aliquis uidere possit etia inip. sa sancta Maria. Nam archagelus Gabriel emissus, ut illi nuciaret uerbi descensumin illam futuru, spiritus, inquit, sanctus superueniet super te: Scies in uerbo esfe spiritu. Proinde protinus attexuit, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Christus enim Dei uit tus & Dei sapietia. Qui aute spiritus sit in uerbo, pala est quod in Deo quog sit spiri tus per uerbu.ltacy spiritu ueniete ad nos, ueniet filius & pater, & mansione faciet in nobis, eo quod individua lit trinitas, unacis huius deitas, & unus Deus super omnia, & per omnia, & in omnib. Hæc est catholicæ ecclesiæ fides. Quippe in trinitate eam fundauit & radicauit dominus cu diceret discipulis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & fancti spiritus. Quod si spiritus esfet creatura, nequaqua eum copulasset patri, ne sibijpsi inæqualis esset trinitas, si peregrinu quippiam & alienuipli iungeretur. Quid enim deerat Deo, ut aliquid alienæ substantiæ adiugeretur, simulci cu ipfo glorificaretur: Absit: No est ita, Plenus, inquit, ipse sum. Proprerea ipse dominus nomini patris spiritu adiunxit, ut ostederet, quod sanciatrinitas non colistat ex diversis, hoc est, ex creatore & creatura, sed quod una huius sit deitas. Hoc cu sciret Paulus, docuit una esse gratia quæ in trinitate daretur, dices: Va nus dominus, una fides, unu baptisma: quemadmodu aute unu baptisma, sic & una fi des. Etenim qui credit in patre, nouit in patre filium & spiritu sanciu, qui no est extra filiu, & ideo credit etia in filium & in spiritu sanctum, quando quide una est trinitatis deitas, quæ ex uno patre cognoscitur. Catholicæ quidem sidei sorma hæc est, cæterű qui blasphemia iaciunt in spiritu, dicentes illu esse creaturam, si minus ex his quadida sunt resipiscot, uel ex his quæ dicetur pudefacti, denciantur. Si trinitas est & intii nitate est fides, dicat utru trinitas semper sit, an fuerit, cum non esfet trinitas. Quods sempiterna est trinitas, no est creatura spiritus, qui semper adest uerbo cu sit iniplo. Nam erat cum creaturæ no essent: quod si creatura est, creaturæ uerò sunt ex no extantibus, manifest est, quod aliquando no fuerit trinitas, sed dualitas. Isto uerò quid magis impium, si quis dicat, ex mutatione profectude consistere trinitatem, ac dualitatem quidem elle, cæterű recipere ex creatura generatione, quæ cum patre & filio comisceatur, itacs fit trinitas. Absitut tale quippia uel in mentem ueniat Christianis. Quemadmodum enim filius, quia semper est, non est creatura, ita quonia semper est trinitas, nulla est in ea creatura, quapropter non est creatura spiritus. Quemadmodi enim semper fuit, ita nunc quoq est, & quemadmodu nunc est, ita semper fuit, estig trinitas, atog in ea pater, filius, & spiritus sanctus. Et unus deus pater qui est super om nia & per omnia & in omnibus, qui & benedictus in secula, Amen. Ego quidem quemadmodurem paucis declarans, hec scripsi misió, sic tu ueluti intelligens, si quid deest uelis supplere, ac domesticis quidem fidei recitato: eos uerò qui per cotentionem dicunt blasphemias, redarguito, forsitan uel sero aliquando resipiscentes abster gent ab anima sua prius insitam ipsis sententiæ peruersitatem: Bonum est enim istos iuxta quod scriptu est resilire, nec immorari, ne si immorentur, audiant quod dictum est à domino: Quicunce dixerit uerbum aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, nech in præsenti seculo, nech in futuro. SANCTE

SANCTI ATHANASII EPISTOLA AD SERApionem, de Sancto spiritu.

TErlatus sum in epistola nunc quoch à tua pietate scripta, uehementer chadmira tus impudentiam hæreticoru, animaduerti nihil æque quadrare in istos, quam id quod præcipit Apostolus:Hæreticum hominem post unam & alteram correptio nem deuita: sciens quod subuersus est huiusmodi, & peccat, quum sit suo ipsius iudicio codemnatus. Habet enim peruersam mentem, non ut postqua audierit obtemperet, nece ut quum didicerit relipiscat, interrogatur, sed propter eos qui ab ipso sedu Ci funt, ne uidelicet si tacuerit, etiam ab illis condemnetur. Itacp sufficiebant ea quæ prius dicta sunt, sufficiebant ad hoc, ut istos tot probationibus acceptis copescerent à blasphemia aduersus spiritum sanctum. Verum illis no est satisfactum. Sed rursum impudenter agunt ut declarent, quod exercitati ad pugnandum cum uerbo, ac deinceps meditati pugnat aduersus spiritum, paulò post futuri sunt mortui uerbi inopia, uidelicet etiam si quis respondeat ad has illorum percotationes, nihilo secius inuentores malorum erunt, tantum ut quærentes no inueniant, aut audientes non intelligant. Quales autem funt iftorum eruditæ percontationes: Si, inquiunt, no est creatu ra spiritus sanctus, ergo filius est, ac duo fratres erunt, uerbum & ipse: deinde addunt, quemadmodă scribis: Si ex filio accipiet spiritus, sic ab eo datur, Sic enim scriptum elt, protinus inferut, ergo auus elt pater, & spiritus eius nepos. Quis hos audies Chri stianus iam no magis paganos eos iudicabit: Nam talia pagani aduersum nos dicut inter sese cofabulantes. Quis volet ad tale istort insaniam respodere : Ego sane qui multa cogitassem quares congruente illis responsione, nullam inueni qui d quodad Pharifæos dicitur: quemadmodu enim illos peruerse percuctantes, uicissim percunchatus est Seruator, ut sentirent suam ipsorum prauam intelligentia. Sic quoniam & isti talia percunctatur, dicant nobis, uel potius respodeant interrogati, quemadmo= dum interrogant. Quoniam enim qua loquuntur suas ipsorum intentiones non intelligunt, forsitan uel audientes agnoscet suam ipsorum dementia. Si non est creatura spiritus sanctus, quemadmodi in superioribus demonstratu est, sed in Deo est, & ex Deo datur, ergo filius est & ipie, & duo funt fratres, ipie & filius: & sifilij est spiriteis atce à filio omnia accipit spiritus:quemadmodữ ipse dixit:Et postquam inflasset, dedit eum discipulis. Nam & ista uos confitemini: ergo auus est pater, & nepos est il lius spiritus. Nam quæ percuctantes postulatis à nobis, de ijsdem & uos ex ijsde interrogari par est. Itaq li abnegatis que scripta sunt, ne Christiani quidem iam dici po teritis, par autem est, ut nos Christiani uos percunctemur. Quod si eande nobiscum legitis, necesse est, ut uos quoq de issdem eodem modo interrogemini à nobis. Proinde dicite nunc nihil cotantes: An filius est spiritus, & auus pater ? Quod si ratiocinantes quemadmodu tunc faciebat Pharifai, dixeritis & uos apud uosipsos: Si dixerimus quod filius est, audiemus, ubi scriptum est. Quod si dixerimus non est filius, ti memus ne dicant nobis, quomodo igitur scriptum est: Nos non spiritum huius mun di accepimus, sed spiritu qui ex deo est. Quod si istiusmodi cogitationibus apud uosipsos decertantes, dixeritis uos quor, nescimus: Necesse est, & eum cui tales à uobis proponuntur quæstiones, tacere, uidelicet obtemperante ei qui dicit: Ne respodeas Prou.26 stulto iuxta suam stultitiam, ne similis illi sias, sed respondeas stulto iuxta stultitiam fuam, ne sibi uideatur sapiens. Cæterum responsio quæ maxime uobis cogruit, silentium est, ut uestram ipsoru insaniam agnoscatis. Rursum igitur æquum est, ut ex his quæ adfertis, uos hūc in modū interrogemus: Quandoquidem Prophetæ in spiritus Dei loquuntur, & in Esaia spiritus sanctus uaticinatur, quemadmodum in superioribus demonstratu est, ergo & spiritus uerbum est Dei, sunt co duo uerba spiritus & filius! Nam Prophetæ tunc uaticinabatur quado fiebat uerbum Dei ad illos. Ad hæc quonia omnia per uerbu facta funt, & fine eo factu est nihil, ac Deus fapientia funda uit terram, omniach per sapietiam fecit: scriptum est autem, quemadmodum in superioribus demonstratum est: Emittes spiritum tuum & creabuntur, ergo aut spiritus verbum est, aut in duobus fecit Deus omnia: in sapientia & in spiritu. Et quomodo

Paulus dicit: Vnus Deus ex quo omnia, & unus dominus per quem omnia : acrursum: Quum filius sit imago patris inuisibilis, est autem ipse spiritus imago filis. Scriptum est enim: Quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes imaginis filij sui. Er go hac ratioe auus est pater, quoniam filius quidem in nomine patris uenit, spiritum autem sanctum, dicit filius, que mittet pater in nomine meo. Itaq & hac ratioe auus est pater. Quid ad hæce Quamuis omnia facile temere quicitis. Quid cogitatis apud uoliplos an uidentes uos non habere quod respondeatis, inculatis huiusmodi percunctationes: Sed prius uoliplos codemnate (uos enim soletis talia percunctari) & obtemperate scripturis, quuc non habeatis quod dicatis, posthac discite. Filius quidem in scripturis no nominatus est spiritus, sed spiritus sanctus & spiritus. Quemad. modum autem filius non est nominatus spiritus, sic nec de filio scriptum est, quodip se sit spiritus sanctus. An igitur quoniam spiritus sanctus non est dictus filius, neq filius est spiritus, ideo dissentità ueritate sides: Absit. Quin potius unuquodo eorum quæ significantur habet propriam intelligentia. Etenim filius proprium essentia naturæch patris est germen, & hochabet quod significatur: cæterum quod dicitur spiri tus Dei, quode est in ipso, non est alienum à natura fili, nece à patris deitate. Eog in trinitate, in patre & in filio, & in iplo spiritu una est deitas, & in eadem trinitate unu est baptisma & una sides. Nimirum patre mittete spiritum, filius insufflans dat illum discipulis:quandoquidem omnia quæcunch habet pater filij sunt:quumch sermo fieret in Prophetis, ipsi spiritu prophetiam edebant, quemadmodus scriptum ac demon stratum est. Et uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Itaque non iam creatura est spiritus, sed proprietatem habens cum essentia uerbi ac Dei, & in ipso dicitur esse. Nam non debet nos pigere eadem repetere. Quanqua spi ritus non est dictus filius, no tamen est extra filium. Nam spiritus adoptionis filioru dicitur, & quoniam Christus Dei uirtus, & Dei sapientia est, congruenter dicium est despiritu, spiritus sapietia, & spiritus uirtutis. Eo quod participes spiritus, habemus filium, & filium habentes, habemus spiritum clamantem in cordibus nostris, Abba pater: quemadmodum dixit Paulus. Quod si spiritus est Dei, & in ipso esse dicitut in scripturis. Nam ea quæ sunt Dei nullus nouit, nisi spiritus Dei qui est inipso, & ipse insuper filius dixit: Ego in patre & pater in me: quare non est idem nomen & huic & illi, sed hic quidem filius, ille uerò dicitur spiritus? Si quis ad huc modum percuncte tur, infanierit talis, scrutans no scrutanda, nec obtemperans Apostolo dicenti: Quis enim nouit mentem domini, aut quis cossiliarius illius fuit: Alioqui quibus Deus no men indidit, quis illis audebit mutare nome: Alioqui & rebus conditis subministret uocabula. Dicant, quando quidem creatura eodem nutu facta est, quare hic foi, &illud cœlum, illa terra, mare & aer: Quod si hoc quidem his qui sanæ mentis sunt impossibile est, manet enim unumquodos sicuti creatu est, multo magis ea que suntsupra creatura, sempiternam habent perseuerantia, nec aliter sunt, quam ut sunt, pater, pater est, no auus, & filius est filius Dei, nec est pater spiritus: spiritus sanctus, est spiri tus sanctus, nec progenitus est à patre, nece frater filio. Hæc quu ita demostrata lint, insanierit si quis interroget, num igitur filius est spiritus. Ne uerò, quonia hocita scri ptum non est, ideo eximat aliquis illum à Dei natura proprietated, sed quemadmo dum scriptu est credat, nec dicat, quare sic & quare non sic, ne talia cogitans incipiat meditari ac dicere: Vbi igitur est Deus, quomodo est cac mox audiat: Dixit insipies in corde suo, non est Deus. Nam quæ fide traduntur, cognitionem habent curiosita te inscrutabilem. Quum itacp discipuli audissent, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, non erant curiosi, quare secundus esset filius, tertius spiritus, aut quare omnino trinitas, uerum ut audierant, credebant. Nece quemadmodu uos facitis percunctabatur, ergo filius est spiritus eneca quum dominus post filium nomi naret spiritu, interrogabant, ergo pater est auus e Non enim audierant in nomine aui, fed in nomine patris, & hac fide prædicauerutubiq, recte cogitates:nece enim licuit aliter loqui, cut locutus fuerat servator, seipsum filiu nominas & spiritusanctum, nec fas erat immutare, secus quam erant ordine coiuncti, quemadmodu & de patre. Quemadmodum enim no licet aliter de Deo loqui, quod pater est, ita impium est

69

interrogare, an filius fit spiritus, aut spiritus filius. Hac de causa Sabellius iudicatus est ab Ecclesia alienus; quod ausus sit patri tribuere nomen filis, ac uicissim filio tribuere nome patris. An itacs posthac audebit aliquis quum audit filium ac spiritum, dicere, ergone auus est pater aut ergo filius est spiritus Profecto audebunt Eunomij, & Eu doxij, & Eusebij. Posteaquam enim semel simulant Arianam hæresim, nuquam cohi bebunt suam linguam ab impietate. Quis enim illis hac tradidit: quis docuit: Nemo certe ex diuinis scripturis, uerum ex spiritu cordis ipsorum profecta est ista demetia. Etenim si quoniam creatura non est spiritus (nam id demostratum est) interrogatis; ergone spiritus est filius e tempus est, ut uos edoctos filium non esse creaturam (per hunc enim funt creaturæ omnes conditæ) interrogemus, ergone pater est filius, aut hoc etiam modo, ergo'ne spiritus est filius, & filius ipse est spiritus sanctus? Qui talia cogitabunt, extra sanctam trinitatem erunt, abscy Deo esse iudicabuntur, transmutan tes nomen patris, & filij, & spiritus sancti, atquinuertentes illud pro suo arbitrio in similitudine generationis humanæ, nepotes & auos nominantes, ac more gentium ge nerationem deorű fingentes. No est autem Ecclesiastica fides, sed est, ut dicebat Serwator: In patrem & filium & spiritu sanctum. Patrem quidem qui no possit dici auus, & filium qui non possit dici pater, & spiritum sanctum, qui no aliter quam hoc pacto nominatur. De hac fide non licet uarie loqui, sed semper pater est pater, & filius semper filius, & spiritus sanctus semper spiritus sanctus tum est, tum dicif. In rebus enim humanisnon est codem modo, quanqua Ariani talia imaginantur. Nam quemadmo dum scriptum est: Non sicut homo Deus, ita dixerit aliquis, non sicut Deus homines: Siquidem in hominibus qui pater est, non semper est pater, neg; qui filius, semper tilius. Nam idem filij quidem pater fit, rurfus idem alterius fuit filius, & filius qui patris est filius, alterius sit pater. Abraam igitur quum esset filius Nachor, pater factus est Isaac, & Isaac quum esset filius Abraæ, pater factus est Iacob. Vnusquises quu sit pars parentis, nascitur quidem filius, cæterum idem alterius sit pater. In deitate uero no itidem, quoniam non ut homo Deus. Itaq qui pater est, non est ex patre, eo q no gignit eu qui futurus sit alterius pater, nece filius pars est patris, unde nec in hoc genitus est; ut generet filium. Vnde in deitate sola, pater proprie, solus es pater quum sit, est & fuit & semper erit, & qui filius proprie solus filius est. Et in his consistit ut pater semper pa ter, & qui filius semper filius & sit & dicatur: Insuper & spiritus sanctus semper spiritus sanctus est, & huc Dei esse, & à patre per filium dari credimus. Sic enim sancta trinitas inuariabilis permanet, cognoscituros in eadem deitate. Itaos qui percunctatur, ergone filius est spiritus, perinde quali possint nomina permutari, ducitur imaginatione, & sibi ipsi insaniam lucrifacit. Cæterum qui interrogat, ergone auus est pater, excogitans nouum nomen patri, errat corde. Itacs posthac ad hæreticorum impuden tiam respondere non est tutum. Nam id est repugnare Apostolice admonitioni. Con sulit enim, imò potius præcipit ipse, quod bonum est. Hæc satis erant ad redargutionem uestri stultiloqui, ne posthac luseritis contra deitatem. Nam ludentium proprium est percunctari quæscripta non sunt, dicere: Ergone filius est spiritus sanctus, & auus pater: Ad hunc modum rident qui habitant in Cæfarea & in Scythopoli. Sufficit ut credatis quod non est creatura spiritus, sed quod est spiritus Dei, & in hoc trini tas, pater & filius & spiritus sanctus, quodo necepatris uocabulum tribuendum est filio, nece fas est dicere, quod ipse spiritus idem sit cum filio, nece quod filius idem sit cum spiritu sancto, sed sic est quemadmodum dictu est, & una in hac trinitate

deitas est, & una sides, & unum baptisma, in ea datur, & persectio una in Christo Iesu domino nostro, per quem & cum quo patri gloria & imperium cum sancto spiritu, in omnia secula seculorum, Amen.

with the company of the complete of a few parts of the pa

DIVI ATHANASII AR-

CHIEPISCOPI ALEXANDRIAE; DE

LIBER PRIMVS.



V V N V S Deus pater, & fili, & fancte spiritus, qui unită deitate nobis declarasti, & sacrosanctæ solius divinitatis indivisam gloriă revelasti, et perfectă trinitatis tuș sempi ternitate demostrasti. Ideo optimu duxi, ut tua veritas pa tefacta claresceret, & hæreticoru detecta cæcitas innotesceret. Propter quod subito in emulatione accensus est animus meus, & exarsit sicut ignis rutilans in densas arboru sylvas. Vnde quia multi tentaverunt ad stylu viam demonstrare institue, & nobis placuit per anfractus angustiæ eius iter dirigere, & lată & spatiosam viă primusu gere. Quis non cupiat, detersa antiquitus caligine, per apera

quam uitæ renouaris & post steriles & ieiunas siliquas pane uitæ ederes & omissauoragine poculi uenenofi, calice falutis accipere: & proftrata idoloru prophana cultura, det ueru agnoscere creatore: & nuc spreta inueterati sibilatione serpetis, hymnu deo suauiter canere: & tandem refutatis squamosi draconis uberibus, ex Euagelicis preceptis melle & lacte potaris Et rurlus per immortalitate relumpta angelos aposta ticos iudicare: & post terrenu homine coelestib. regnis & sublimibus in Hierusalem mācipari: Rogo, quæ & quata est hæc in deo humanitatis dilectio, qui tanta præmia credetibus pollicet : Quis no omni auiditate festinet de graui somno exurgere, & cla rissima luce cu infinita admiratione cospicere: Qua cupio no ad pupilla oculoru obtutibus oftedere, sed religiosis fratrib.in arcano cordis secretò recondere. In quo non ambitiofi uoluminis cofeci cumulu, ne plus uerba exaggerare, of fenfum inueltigantibus intimare, sed breuiter infinita coprehedi, & humili sermone sublimia indicaui. Vnde totū ibi est plenū, ubi nihil est minus, imo penitus totū uidet ignorare, qui huic plenitudini diuine trinitatis aliquid uoluerit derogare. Propter quod supplex impen fissime obsecro tuæ trāquillissimæ trinitatis gloriā, ut perducas me ad statū perfectū fidei cofessionis mez uerba promente. Si cœli non sufficiut in prodenda sublimitate magnitudinis tuæ, si no satiatur oculus ad uidendu, aut auris ad audiendu operamagnificetiæ tue, unde sufficit paruitas mea geminas in cofessione referre tibi maximas gratias: A Deo uenia postulo, ne forte cu præsumptionis dicta adsumpsero, tue maie stati uidear aliquid derogare: Sed prostratus iaceo ante tuæ sublimitatis gloriæsede, ut permittas me de plenitudine thesauri tui legis sonte bibere, & de quatuor exuberantib.fluminib.aqua uite haurire. Ex quib. cofidenter hereticis per autoritate regule præscribamus, & catholicis de sempiterno, uelut de nectaris sonte spiritus tui corda sitietiu irrigemus. Hec est inqua, materia formule in collisioe hereticoru: & hecest tituli uictoria in absolutione hereticoru. H A E. Quur significat principale madatu dei: Eutes nuc baptizate omes getes, in nomine patris, et fili, & spiritus fancti: A T. Audi in hoc admirabile ac regale decretu, in quo omne sacrametu in deitate trinitatis uniter cotinetur. Quia dixit in nomine, euideter una deitate in trinitate cosistere declara uit. Et qd, plecutus est, patris, & filij, & sancti spus, per singula nomina singulas perso nas inesse distinxit. H A E . Sane, ut prius mihi sumatim de unito deitatis nomine mul tifarie dicti ad interrogata exponas, postulo, & sic de nominib. personari in prosequedo distinguas. Quur unitaest deitas: A T. Quia nulla est in hac plenitudine trinita tis ambiguitas. HAE. Quur unus est deus pater, & filius, et sanctus piritus; AT. Vnus ubi dixisti, ad unitu nome deitatis tu ipse retulisti nomina, æqua in psonis distinxisti. HAE. Quur solus deus: AT. Vtiq quia sola deitas in trinitate cossistit, ideo solus deus. HAER.Quur omnipotes Deus: ATH.Quonia omnipotens est ipsa deitas trinitatis.

ppterea unus est uerus Deus. HAE. Quur bonus est Deus. ATH. Quatenus nulla diuersitas disparsit in una substătia diuina trinitatis, ac per hoc unus bonus est Deus. HAE. Quur sumus Deus. ATH. Quoniă hac quide ipfa summa est substantia trinitatis. HAER. Quur unus est dominus. ATH. Memento ună dominatione esse in natura sempiterna trinitatis, & ideo unus dominus. HAER. Quur una imago inui sibilis est trinitatis. ATH. Quia una eademes deitas est in imagine ueritatis. HAE. Quur unus est spiritus. HAER. Quur aqualis est una trinitas. HAER. Quir unus est spiritus. HAER. Quur aqualis est una trinitas. HAER. Quir unus est spiritus antique in patre, filio, & in sese cosistens est. HAER. Quur aqualis est una trinitas. ATH. Quia & sempiterna est in ipfa trinitate deitas. Rogo, no animaduertis pene omnes hares in hoc titulo unită deitate patris, & filii, & spiritus antiun blas phemare. dum hac qua superius uniter in trinitate sunt dicta, ad ună personă patris, illi tantumodo coferant. Qua dere strenue nobis laborandu est, imò & aduersus tot sectaru congressiones atrociter cu infinita solicitudine dimicădu, ut penitus discussa hareticoru caligine, lux Euagelica cognitionis patefacta clarescat, & blas phemantiu detecta cacitas innote scat. Vnde nobis paulisper pro examinatione superiora retexeda sunt, ut inuestigătibus ueritatem omnis ad liquidus sinfidelitatis de arcano pectoris auferatur.

DE SACROSANCTO VNITO NOMINE TRINITATIS. Go unum Deum ubi memini, non ad unam tantumodo personam patris hæc in dicendo taxaui, dum filiu de una patris esse plenitudine, & sanctu spiritum non negaui. Et folum Deu ubi memoraui, no ad folam perfonam patris hæc, ut dicam uerius indicaui: quia filiu, & fanctum spiritum de hac ipsa sola substantia patris essenon abnegaui. Similiter omnipotente Deu, siue ueru Deum, uel bonu Deum, aut summur Deu, sed unu spiritu, de quo summatim paulò ante narraui, nonne hæc cucta uo cabu la ad unita divinitate patris, & fili, & sanctispiritus declaraui: Vnde quauis in hoc loco copiola lint lignificationes dicta, tamen ad unita divinitate trinitatis evidetius funt approbatæ. Na unitas, non ut hæretici suis oppressi blasphemijs dicere sæpe con lueuerunt, in uolütate est, non in deitate: quod absit, dum unitas non tantu in uoluntate sit, sed imo in deitate. Ac per hoc unitas hec, ut certus sis, no in concordia tantum est, sed realiter, imò substantialiter costat in natura divinitatis. Ergo postulo à te, qui legis hanc istius scripturæ meæ sidei professionem, ne hic supersua uel profusa uerba perquiras, sed strictim, capaciter, imo spiritaliter cu summo studio dicta ad stylum sacræ scripturæ coferas, & secundu regulæ æquitate iustitia moderate perpendas. Itag interrogatis ato soluentis accipe persona, quæ exigit sibi fieri satisfactione. HAER. Quur pater spiritus dicitur, & filius spiritus nuncupatur, & spiritus api pellatur. AT. Perfecte ad hecrespodet pro loco interrogati. An ignoras quia pater unus Deus est, & filius unus Deus est, & spritus sfanctus unus Deus est: Nonne unus Deus est, dum unitu nome sit in natura voias, sic & unus spiritus est, quia unita est dei tas eoru. Nā si tu per singula nomina personarū unitū nomē spiritus ter designasti, nū gd tres spiritus edicere oportebat? Absit. Quod si hoc poterat dici, tale erat, ut & hoc in confessione deberet introduci, tres deos in plurali numero núcupari. V tiã no esset in eis una natura diuinitatis, fed unufquifcpin, ppria, uel diuerfa natura fua cofifterett quod absit. Interea rursus eade repeto, & ad tua dicta uerba coparo, et sensum intelle Aus mei tibi reuelo. Pater unus Deus est, & filius unigenitus Deus est, & spiritussan-Aus unitus in patre & filio Deus est. Nonne ga unitatis nome ter designaui, ideo tres deos potero conterir Absit. Vnde quauis triplex sit dictu, unu tamen tenet in deitate trinitatis nominis indiciú. Interim uel in hoc titulo animaduerte dicete: Ego sum De us Abraha, Deus Isaac, & Deus Iacob. Nunquid in hoc dicto tres deos delignauit, eo quod unu nome ter indicauit. Absit. Idcirco nos qui fidem Euangelica atch Apostolicam patru tenemus, nec tres deos, nec tres dominos, nec tres spiritus, uel certe ad hu iuscemodi pluralitatis dicta nec tenemus, nec in corde nostro suscipimus: præsertim cunos unitate deitatis uniter, non pluraliter in trinitate confistere sciamus. Propter quod no debemus tres naturas in his personis cotra ius Euangelicæ cesuræ profiteri, cu sit unus pater Deus, & unigenitus sit filius Deus, & unitus sit spiritussanctus deus. Idea

Ideo unus est Deus, quia unita est deitas, sicut per singulas personas scriptum est: Et quia nullus Deus nisi unus, uel hoc audi: Israel, dominus Deus tuus Deus unus est. Nec non: Vade retro Satanas, scriptum est: Dominu deum tuum adorabis, & illi soli

feruies. HAER. Sed ut hæc dicta de autoritatis iure adhuc mihi confirmes, postulo.

Luces ATH. Ignoras scriptum esse; Intelligetibus legem loquor: Itaq; qui aures habet ad

audiendum, audiat. Et quid spiritus per historiographum Moysen in toto penelibro Geneseos ecclesiis testetur intelligant: Deum dixisse, & Deus fecisse, & Deum benedi xisse earid est, & dixit Deus: Faciamus homine ad imaginem & similitudine nostraini. Et sic prosecutus est: fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illü, masculum & somina fecit eos, & benedixit eos, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terram. Quæ tandem est causa, unum dixisse, faciamus, & unü secisse, & unum dicenti & sacienti intersuisse, & bona facta uidentem benedixisser dum faciamus, unius tantum solitarii persona non sit, sed & facientis ad imaginem Dei ipsius tantum persona non sit, sed & uidentis, & benedicentis unà cum eo sit. Non tibi uidetur, quoniam per tacita nomina personarum, quauis paulisper deitatis unitum est nomen insinuatür. Vides quia nemo ad semetipsium dicit, siat, sed ad facientem: & nemo qui facit, ad suam personam loquitur, & fecit. Et quis de se indicat, & fecit & benedixir. Nam uerbotenus si una esse persona dicentis, & facientis, & benedicentis, sic intimasset fecisse opus suum, & dixi, & feci, & benedixi. Discite itaq unitum nome esse in natura irinitatis, Psalmographo approbante: Verbo domini cœli sirmatisunt, & spiritu oris eius

pfal. 32 tatis, Pfalmographo approbante: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Vtica uerbum filiŭ indicauit: dominum autem patrem delignauit, & spiritu oris eius, spiritum sanctum dixit. Vides in personis unitum essenome in

Pfal.44 natura trinitatis, Pfalmographo quo qua approbante: Proprerea unxit te Deus, Deus tuus. Ecce Deum & Deum: non tamen pluraliter inuenies dictu fuisse in his petsonis deos: Sed & adhuc scriptu est de unito nomine diuinitatis: Et pluit dominus à domi-

Efa.45 no. Sed & Esaias: Hæc dicit dominus Christo meo cui tenui dexteră, ut obaudianteu omnes gentes &c. Non tame dominos: quia unita est dominatio eoru in natura sempiterna: Sicut & de persona sancti spiritus, Vas electionis breuiter absolui, dicens:

1.Cor.12 Idem spiritus, idem & dominus, idem & Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et 2.Cor.3 alio in loco idem ipse repetit: Quia dominus est spiritus: V bi autem spiritus domini, ibi libertas. V el accipe in persona patris in Euagelio ad Samaritanam dictum suisse quia Deus spiritus est. Nam & de persona silij Hieremias receptissimus Prophetaru testatur: Spiritus faciei nostra Christus dominus. Siue hoc: Quia misit dominus spiritum silij sui in corda nostra, clamantem Abba pater. De spiritus autem principalistius indicat: Spiritus ubi uult adspirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, ue

quò eat: Ergo ut copendio scripturæ sensum de natura divinæ trinitatis uniter dicentis colligas: Viuit dominus. Et: Benedictus Deus meus. Et: Exaltetur Deus salutis meæ. Vides per singulas significationes unitum nomen deitatis ter indicatum, hoc

est, Deus, Deus, & Deus: non tamen deos. Vel per eundem accipe: Immola Deosacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Et: Inuoca me in die tribulationis tua, & eripiamte, & magnificabis me. Vticp si una esset tantumodo in hoc exeplo sixapersona, debuerat hæc sine aliqua distinctione in prosequendo taxasse, hocest: Viuit Deus, qui est benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis mee. Ita nenonuniter in his personis est nomen divinitatis patris, & filij,, & spiritussancti in omnibus decla ratum: id est, Deus, & Deus; & Deus: Sicut alio in loco cautum est deunito nomine dominationis: Adferte domino patriæ gentium, adferte domino gloria & honorem, adferte gloriam nomini eius: Quia si una esset tantumodo personægloria, sic debuerat intimasse: Adferte domino patriæ getium, adferte ei gloriam & honorem, adferte gloriam nomini eius. Quid amplius ? Nunquid adhuc nobis ad patefaciendamueritatem argumenta funt necessaria: Nunquid gentes, quarum introitus ianua credentibus ad uitam æternam patens elt, in unam tantumodo personam patris baptizan ture & no in tres, quoru nomina hac funt per singula distincta, patris, & filij & sancti spiritus, quibus est unita natura, sicut scriptu est: Eutes baptizate omnes gentes in no mine patris, & fili, & spiritus sancti. Vnde in his personis per omnia in deitate unitt

nomen

nomen est, & per ipsa nomina trinitatis tantum personæ distinctæ sunt. Ergo quamuis in superioribus exemplis scripturarum tacita sint nomina personarum, tamen uni tum nomen divinitatis per omnia est in his demonstratu, sicut & in hoc exemplo ueritatis, in quo nomina personarum euidenter sunt ostensa, & unitum nomen naturale clause est declaratu, dicente loanne Euangelista in epistola sua: Tres sunt qui testimo 1. Ioan. 5 nium dicunt in colo, pater, & uerbum, & spiritus: Et in Christo lesu unum sunt, non tamen unus est, quia non est eorum una persona. Nam unu quod dixit de utrisco, quid aliud intelligitur, quam quod deus pater natura idem ipse dicatur, & dominus, idem iple lit & spiritus, & filius deus? Idemop sit in divinitate & dominus, idem sit & spiritus, sed & spiritus paracletus deus: Idemos sit & dominus in natura deitatis, idem sit et spiritus. Vides quia in deitate & substantia plenitudinis per omnia unum sunt, & in omnibus personarutres sunt; Nam quo tres sunt, quid aliud sentitur suisse quam pater uerus unus, qui genuit, ide non sit qui & genitus ab ipso est: Et filius unus qui non genuit, sicut ipse à patre genitus, pater no sit, & hic spiritus sanctus, qui nec pater, nec filius est. Preterea qui nec genuit, nec est genitus: cum alter sit hic persona qui genuit, & alter sit in persona qui unigenitus ab ipso est, & alius æque in persona, ut dixi, secudum divinam scriptură, qui nec pater, nec filius est. Hic est spiritus sanctus, sed plane de unita natura est. Ideo in deitate unita, comune nome est ei. Sicut in claritate Euangelica scriptura de spiritu paracleto filius testatur, dicens: De patre procedit. Et sic Ioan. 16 prosecutus est: Et de meo accipiet. Et ideo ubi personæ requiruntur, propria nomina per hec distinguuntur: V bi autem deitas poscitur, unitu nomen in his indicatur, quoniam sumus, ad nomina personarum pluraliter dictum demonstratur. Ac per hocin deitate unum sunt, & in nominibus personarum tres sunt. Sane ut omne scrupulum legetibus amputemus adhuc breuiter dilucidabo, multifarie approbans hoc unitatis nomen esse uerissimű trinitatis, quæ tamen cum refertur multifaria sapientia dei, quæ uniter in patre & filio & spiritu sancto consistit, de qua si significes sapientiæ deitate, & deitatem sapientiæ, non ne hæcipsa est unitas, quæ & diuinitas trinitatis? Ergo ut compendio hæc adlignemus, siuc sapientiæ gloria, siue deitatis gloria, aut summitas, aut dominatio, aut dignitas, aut claritas, aut maiestas, aut imperium, aut potestas, aut sempiternitas nominatur, non ne hæcmultifarie quamuis sint dicta, tame ad unitam deitatem incoparabilem patris & filij & spiritus sancti uniter sunt declaratar Aut putas quod significationes dicunturad gloriam deitatis, totidem quint & species diver sitatis? Absit: dum hac universa ad unitam substantiam dicta referantur. Nam si hac una atop eadem ipfa est multiplex præsaga sapietia patris & silij & spiritus sancti, quæ est una uirtus, siue unita forma magnitudinis æqualitatis eius, siue una maiestas, siue una claritas, quæ in hanc unitam deitatem plenitudinis fecundum scripturæ regulam in hoc loco collecta reperitur? Nunquid sic in eadem deitate trinitatis potest aduersus scripturas referri, tres sapietias, aut tres uirtutes, aut tres imagines, aut tres substan tias, aut tres claritates, aut tres plenitudines diuinitatis, uel cætera huiusmodi pluraliter Ariomanitarum more dicamus. Absit. Nam si hæc eorum blasphemia ita ut aiunt haberet: quare non tres deos plurali numero nucuparent, ac publica uoce circa proprias uel diversas substantias suas esse pollicetur? Quod absit. Dum perfecte unitum nomen divinitatis uniter, uel multifarie quamuis dictum, uniter in trinitate consistat. HAER. Sed ut breuiter hecipfa dicta de autoritate per singulas personas uniter mihi ostendas postulo. ATH. Audi uniter in trinitate dictum: sapies est deus, & fortis, & 10b.9 magnus, qui iubet soli, & non orietur, qui sydera cocludit, & tendit cœlum quemadmodum pellem, qui ambulat super mare taquam super aridam, qui facit magnalia, & quæ inuestigari non possunt. Et in Salomone ait: Deus sapientia sua fundauit terram, prouerb. parauit autem cœlos prudentia: Velhoc Apostolo agnosce dicente: Christum dei 1.Cor.1 uirtutem, & dei sapientiam. Sed & ipse rursus ait: Vthabitet in me uirtus Christi. Et in 2. Cor. 12 Psalmographo scriptum est: Ambulabunt de uirtute in uirtutem. Non tamen plura-Psal.83 liter sapientias, aut uirtutes in his personis esse significauit, sicut idem ipse repetit: Do minus deus uirtutu nobiscum. Sed & hoc: Laudate eum in sirmamento uirtutis eius. Et alio in loco: In lumine tuo uidebimus lumen. Vel hoc: Non accepimus spiritum

timoris, sed uirtutis. Siue uniter sanctimoniæ trinitatis dicta percipere, ut cautum in uenimus: Sanctitas & sanctimonia in sanctificatione eius. Vides itacp esse in utriscp unam sapietiam, siue uirtutem, aut lucem, aut sanctitatem, uel operationem, nec non & alia huiuscemodi multipliciter dicta, quæ non sunt ad hæc illata exempla, quæ satis longum est per ipsam trinitatem uniter dicta enarrare: Sufficiat, etsi pauca, ad probationem pro multis in cognitionem lucis suisse exposita documenta. Ergo si pater, & silius, & spiritus sanctus in deitate unum sunt: Vticp sine dubio in trinitate diuinita tis per omnia unum sunt, & in omnibus personar utres sunt. Itacp, ut scias de his quæ superius comprehendi, nullam diuisionem aut distantiam in unam deitatem substan tiæ plenitudinis patris, & sancti spiritus fecisse me memini.

D ATHANASII ALEXANDRINI EPI

SCOPI DE PROPRIIS PERSONIS, ET VNITO NOMINE DEITATIS AD THEOPHILVM, LIB. II.

Nunc per singula nomina personarum, ut nomen deitatis mihi exponas, postulo. ATH.

v D 1: Si filius in nomine patris uenit, nunquid ipfe est pater qui ait: Ego ueni in nomine patris mei: Dum nome patris deus sit, in cuius nomine filius uenit maniseste? Ac per hoc in unita natura divinitatis unum nome est eorunde comprobatum, sicut ipse pater ad legislatore Mosen testatus est, dicens: Attende illi, & ne sueris inobedies ei, nomen enim meum est in illo. Et ad hæc Patriarcha David sicair. Benedictus qui uenit in nomine domini. Nam si spiritus paracletus in nomine filij ue nit, ut ipse dicit: que mittit pater in nomine meo, nunquid & ipse filius dictus est, cum sine dubio nomen filij deus sit in una pariter natura divinitatis? In hoc ergo nomine euidenter paracletus uenit. Ideo per singulas personas secundum naturam trinitatis unitum nomen tibi est declaratu. Esaias hec approbas dicit: Descendit spiritus à deo, & eduxit eos, sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen gloriæ. Sed & ipseidem indicat: Et irritauerunt spiritum sanctum, & couersus est illis ad inimicitia, dominus ipse expugnauit eos, & remoratus est dierum æternoru, qui eduxit de terra pastorem

indicat: Et irritauerunt spiritum sanctum, & couersus est illis ad inimicitia, dominus iple expugnauit eos, & remoratus est dierum æternoru, qui eduxit de terra pastorem ouium, & subiunxit: Vbi est qui posuit in illis spiritu suum. Vides ergo unitu nomen hoc patris & filif esse hunc dominu spiritum sanctum, qui eduxit filios Israel deterra Ægypti, sicut Propheta dicit: Sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen gloria, qui conversus est filis Ifrael ad inimicitiam. HAER. Rogo, ut si unitum nomen estin deitate trinitatis, cur unufquisq in suo nomine non uenerit. ATH. Porrò quasi hoe quod unitum nomen substantiuu ad deitatem uniter refertur, iam proprium essenon ostendatur. Vtics in hoc proprium est eoru, sed unitum: Namut certus sis, nominain personis propria sunt, & non comunia. Sed ditis mihi: Quur in suo nomine proprio, quod est nativitatis, no tamen statim ad indiscreta deitatem, ubi refertur: In qua invenietur unitas dei nome. Sed in eo fane, in quo & superius coprehendi, persona ipsius tantummodo gignentis distinguitur, hic ipse filius non uenit. Audi, quiasi in hocno mine tantum uenisset, quod dicitur filius, & non in substantia deitatis communi, di-Cturus eras mihi: Non est unitum nomen in natura divinitatis fili cum patre, sed proprium, ut non tantu nomina propria iam in personas distingueres, sed unitu nomen in deltate trinitatis tantidem per ipsas personas separares, hoc est, ut propria nomina eorum in singulis, uel diuersis substatijs esse designares. Sed plane si pater & filius, & spiritus sanctus secundu singula nomina personaru perfecte distinguuntur, nunquid fic & secundu deitatem unitu nomen in his personis per singulas naturæ substantias dividitur: Absit; nam & situ Ariane ubi nomina tantu in personis deberes distinguere, ibi simul cũ ipsis nominibus & naturas per gradus singulos distinguas, ut tres naturas lecundu nomina personarum esse dicas, ut per ipsa nomina discrepantes & sub

Itantias elle adlignes. Cur no erubelcis; & no tres dominos, cotra unita ueram naturam

ram publica uoce profiteris circa diuerfas uel dispares substantias suas confistere e ut solet profiteri unum, uerum, sempiternum, ininitiabilem, infectium, & alterum initiabilem de creaturis profectum, & tertiu de ministris, quasi subiectum: Vt patri incom parabilem, uel inenarrabilem adscribas: filij aute præ cæteris de factura ignobili procedentem substantiam demostres, spiritum adæque sanctum de ministris angelis habentem substantiam indices. Vnde ad hoc reuertamur, de quo per singulas personas superius tractabamus. Sed & si spiritus paracletus in suo nomine tantum uenisset, & non in substantia communi, iam proprium nomen eius in persona esse uideretur, & non secundum communem naturam, ut tantum unusquisco nomina singula in personis suis ostenderet, deitatis autem unitu nomen no indicaret. Porrò in hoc nomine deitatis patris uenit uerus filius, in quo est natura cum patre. Et in cuius nature nomine uenit spiritus paracletus, quæ in hac ipsa sacrosancta trinitate uniter consistit, sicut superius prædixi, patre de filio suo indicante: Nomen meum est in illo. Et filio hec di-Aa confirmante: Ego ueni in nomine patris mei, & non recepistis me. Cum aute alius uenerit in nomine suo, eum recipietis. Sed & de spiritu sancto ipso rursum repetente: quem mittit pater meus in nomine meo. Et deinceps eum de nomine suo audi discipulos hortatem: Omnía quæcuno petieritis à patre in nomine meo, dabit uobis. Sed Marc. 11 Apostolum Paulum eadem testantem: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iusti- 1. Cor. 6 ficati estis in nomine domini nostri lesu Christi, & spiritu dei nostri. Audi & Esaiam de unito nomine gloriæ sanctispiritus declarante: Descendit spiritus à deo & eduxit eos: sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen gloriæ. Disce iam unitum nomen elle in natura diuinæ trinitatis. HAER. Declara ergo mihi, si uerus est filius, aut non. ATH. Nonne pater, ut nos intelligeremus, hanc signification e intulit, ut divinitatem natiuitatis propriam filij sui de semetipso insinuaret, dicens: Ex utero ante luciferum genui te. Nunquid hic factus est, qui sic unigenitus ab Euangelista nobis annuciatus est: Qui no credit, iam iudicatus est: quonia no credidit in nomine unigenitis filij dei. Sed et in epistola sua hec eadem indicat:: Et sumus, inquit, in uero filio eius lesu Christo, qui est (ait) uerus & uita eterna. Ecce habes ex utero, ecce in unigenito dei, ecce in uero filio dei lesu Christo, qui est (ait) uerus & uita æterna: Rogo, quæ est tata Hæreticorum dementia, uerum creatorem facturæ suæ comparari? Aut quæ cæcitas tanta est, tantam ueritatis probatione falsis argumetis blasphemarer Dum Centurio adhuc gentilis homo ad tuam confusionem indicauerit: Vere filius dei erat iste: HAER. Et quemadmodum unitum nomé est in natura divinitatis, dum alter in alterius nomine uenisse uidetur. ATH. Vere ueneno sunt infecta subtili cum dolo hæc obtusa corda interrogantis atq impugnantis. Proculdubio in hoc fane alter est pater qui uere genuit, & in hoc alter est filius qui uere ab eo genitus est. Sed & in hoc alter est spiritus hic principalis paraclerus, qui in pentecoste in Apostolos esfusus est. Et ideo in hæc figillatim dicta memento nomina in personis esse distincta. Vides quia alter ab altero, siue alius ab alio in persona tantum distert, & non in plenitudine diuinitatis ovoias, sicutipse dominus ait: Alius est qui testimonium perhibet mihi, qui me misit pater. Sed & alio in loco idem ipfe in persona sancti spiritus indicat: Rogabo patrem meum, & alium peracletum mittet uobis. Scito alium ab alio, fiue alterum ab altero in persona tantum differre, & non in unita plenitudine divinitatis ovoics. Nam si secundum nomina personarum alter in altero line dubio dici potest, nunquid sic & in unita deitate alter deus potest pronunciari pater: quali sit in natura diuersus à filio: & alter deus potest dici filius à patre : quasi sit in deitate alter, & alius deus potest profiteri spiritus sanctus, tanquam sit in substantia discrepate à patre & à filio? Absit: Dum unitum nomen sit in eis in una uera natura, ac per hoc unus uerus est deus. HAER. Et quomodo in nominibus personarum unum de uno, aut alterum de altero, hoc est filium de patre esse significas? ATHAN. Ignoras unu patrem de semetipso genuisse filium: quia nemo sibimetipsi pater pater est, & quis sibimetipsi filius est? Dum pater non sit genitus, & silius non sit ingenitus, sed plane pater filis est quem genuit & silius est patris, qui uere de ipso genitus est. Quapropter non ut quidam solent blasphemantes in confessione introducere duo nominata principia, ut & in toto nec patrem

patrem ueru, nec uerum filium profiteantur, dum pa * ne filij uenit, sicut filius de eo testatur: quem mittit pater in nomine meo: Non tibi uidetur, quia duplex hic contineatur intellectus, id est, ut in nomine personarum tatum sit distinctio, in deitate autem nulla sit discretio: HAERETICVS. Et quare in nomine spiritussanctinemo uenisse inuenitur: ATHANASIVS. In cuius natura nomine missi sunt Apostoli: ste, baptizate omnes gentes in nomine meo. Et sic prosecutus est per singulas personas, patris, filij, & spiritussancti: Nónne unitum diusinitatis nomen prius tacite pramist, & sic in nominibus personaru apertissime declarauit, patris, & silij, & spiritussanctie Porrò nunquid potest arceri de hoc deitatis nomine sanctus spiritus: Aut nunquid potest contra regulam traditionis Euangelica censura de hoc unito trinitatis nomine sancti spiritus sublata uel tacita persona baptismum in ecclesia persectu celebrari. Absit. Alsoqui quomodo in hoc nomine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus infide baptismi uniter credentibus in his non hoc nomen honorificatum inuenitur esse magnisicum est nome meum in gentibus, dicit dominus deus. Quod sonnes Baptista absoluir. Ego quidem uos baptizo in aqua pernitentia, post me autem uenit quia

magnificum est nome meum in gentibus, dicit dominus deus. Quod Ioannes Baptista absoluit: Ego quidem uos baptizo in aqua pœnitentiæ, post me autem uenit, qui uos baptizabit spiritusancto & igne. HAER. Declara mihi si nomen patris est in silio, & in spiritusancto. ATH. lam frequenter de autoritate scripturarum ostensum est, deum patrem per legislatorem Mosen testatum: Ego dominus deus, hoc est nomen meum memoriale sempiternum in generationes & progenies. De filij autem persona sic ait: Nomen meum est in illo. Et alio in loco idem ipse repetit: Ego dominus deus, qui uoco nomen tuum deus sirael: Quod ipse filius consirmauit dicens: Ego ueni in nomine patris mei. & no recepistis me. Et Dauid ad hæc ait: Benedictus

nus deus, qui uoco nomen tuum deus lírael: Quod iple filius confirmauit dicens: Ego ueni in nomine patris mei, & no recepistis me. Et Dauid ad hæc ait: Benedictus qui uenit in nomine domini: Nam & de persona spiritussancti filius testatus est, que mittit pater in nomine meo. Vides filium uenisse in nomine patris, & spiritussanctum uenisse in nomine filij. Apostolos autem missos suisse, ut baptizarent omnes gentes in unito nomine deitatis, quod est naturæ inuisibilis, id est, sancti spiritus, sicut scriptu est: Nosite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis uestræ. Sed & hoc accipe: Et omnes unum spiritum potauimus. Siue unitatis nomen baptismo operante suscipe dicentis: Et uos eritis mihi in filios & silias, dicit dominus

baptismo operante suscipe dicentis: Et uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus Ad.2 deus omnipotens. Vel hoc: Sed ex deo nati sunt. Nec non: Et baptizetur unusquisquestrum in nomine lesu Christi. Et alio in loco: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Sed ex

1. Cor. 6 deo natum esse loannes testatur: In sua uenit, & sui eum non receperunt: Quotquot Ioan.1 autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei sieri, eredentibus in nomine eius: qui non ex sanguine, nece ex uoluntate carnis, nece ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est. Disce ergo hoc unitum nomen esse sempiternum in deitate patris, & fili, & fanctispiritus: Ideirco dum nome patris deus sit, in hoc nomen sit & filij in natura, sic & sanctispiritus. Nam uis scire cum in divinitate patris nomen, id est dei, siue domini, aut spiritus nomines, commune nomen est, id est, patris & filij, & sancti spiritus. Ideo secundum ipsam plenitudinem naturæ divinitatis dum refers, unitum nomen per omnia in his esse ostendis. Sane hie secundum personas paulisper tacita deitate unitum nomen est. Dum autem singulas personas nominando percurris, nomina propria eorum inesse delignas. Vnde oportet nos rursus ad superiora dicta recurrere, si potest unito nomini naturæ divinæ trinitatis aliquid superaddi, uel minui. Responde mihi in hoc loco omnis confusa scientia hæreticorum. Præterea ubi nullus nec numerus, sed nec aliqua differentia in unita plenitudine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus inuenitur, dum unus in alterius nomine distincte in divinitate, tamen uniter atque æqualiter nominetur. HAER. Pande itag mihi quomodo tres unum funt. ATH. Memento quia pater & filius, & fanctus spiritus tres sunt, qui in una natura trinitatis consistunt. Ideo tres unum sunt, siue unum sunt tres. HAERETI. Nimirum divisa est hæc trinitas an indivisa, edicito mihi. ATH. Plane divisa est in nominibus tantum personarum, in deitate autem indiuisa est. HAER, Edicito mihi, quomodo interpretatur unitas? ATHAN. Nescis quia una est patris, & fili, & san

Aispiritus divinitas? HAER. Quid intelligitur in hoc loco natura? ATHAN. Hoc quod sentitur deitas, siue substantia, vel plenitudo divinitatis. HAERET. Quid est una trinitas? ATHAN. Vtique quia una communis est in ipsa trinitate plenitudo divinitatis, in trinitate cossistere declaratur, & ipsa trinitas adæque per singula nomina personarum perfecte demostratur. Omnino iam breviter est dictum, quod superius cum grandi cautela secundum scripturæ regulam catholicæ est collectum, ut sicut in divinitate consiteris esse patrem, sic prositearis esse filium, & sanctum spiritum.

SANCTIS PATRIS ATHANASII ALE =

XANDRINI EPISCOPI, DE ASSYMPTIONE HOMINIS CONTRA MARCELLINVM HAERETICVM, AD THEOPHILVM, LIB. 111.

Quemadmodum in deitate unam æqualitatem confiteris filij esse cum patre, cum ipse de se testimonium perhibeat: Qui me misit, maior me este



RO dolor, si sic intelligis deum fuisse, ipse se iam apud te impugnare cognoscitur, cum alio in loco dicat: Ego & pater unum sumus. Qui ergo si minor erat, patri se in ipsa sempiterna natura non debuerat comparare. Aut quomodo, si dispar erat, & talis in ipsa deitate non erat, patri se coæquabat, dicens: Qui me ui det, uidet & patrem meum e Qui utique uidenter, si non esse in his una inuisibilis imago naturæ ueritatis, nunqua prorsus præsumens indicasse: Qui me uidet, uidet & patrem meum. Sed &

Apostolum audi clamantem de Christo: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, sormam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & inventus ut homo, obediens usq ad mortem, mortem autem crucis. Qui autem forma dei est, minor esse non potest. Rogo, quemadmodum pater maior præponitur filio, & filius minor subditur patri, cum forma dei perfecta sit, & in patre æqualis, & in patre divinitas eius inæqualis dici non possit Qui aut equalis apud nos, aut totus inæqualis apud uos ut sit, necesse est. lgitur elige tibi unum de duobus, aut una est eorum divinitatis gloriæ æqualitas, aut una inæqualitas:dum forma sua nemo sit maior uel minor. Aliud est, si contra auto. ritatem beatissimi Apostoli, doctoris gentium, Christum formam Dei patris esse neges. Si ergo forma eius elt, forma sua maior esse non potest, ne non Christo, sed semetipso pater maior sit, quia forma sua à uobis maior esse dicitur. Quod fieri nullo modo potest, dum nemo semetipso maior sit. Sed ne forte etiam hoc præsumas Ariane, dicendo: Pater in natura deitatis patrem non habet, & nemo ei digne comparandus est. Et ut quid coruscum Pauli Apostoli eloquium renuis, dicentis: Christus, qui dum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aqualem deo: Vel hoe intellige, quia nemo sibimetipsius formæ æqualis comparetur, cum forma æqualis in una persona dici non possit, dum equalitas in utrisque consistat. Ideo Christus dei forma, uel imago uera dei patris inuilibilis est, quia una est in his formæ & gloriææqualitas. Non ne scriptum est: Omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitatin ipso : Si aliquid minus est, ubi omnis plenitudo est : Aut si aliquid deest, ubi totum est plenum? Nunquid in quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat, id est, ut sic dicatur, dealiter, quid potest inueniri in ipso minus: Nunquid Heretice, plu rali numero plenitudines, aut divinitates, aut formas, aut imagines, aut æqualitates in his personis à sacrosancta scriptura dici inuenies, cum unita sit deitas eorundem? Nunquid quot significationes dicuntur ad gloriam deitatis, totidemos sunt & species diversitatis? Absit: Dum hæc universa ad unitam substantiam dicta declarentur: Illud accedit ad causam: Nunquid ubi una plenitudo diuinitatis est, pars diuersa uel excisa in parte inæqualis in eo est? Dum plenitudo nullam diminutionis partem admittat sibi proprie comparari, cum forma dei omnem plenitudinem inse contineat divinitatis, & ipsa sacrosancta indiscretio æqualitatis nullam patiatur differetiam maiestatis, sicut ipse testatur: Ego in patre, & pater in me. Sed & Esaias hac comprobans dicit: Quoniam in te est deus, & non est deus præter te: Tu enimes deus, & nesciebas, Deus Israel salutaris à Deo. Vel hoc Apostolum audi testantem: Quoniam deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Vides quoniam omnis plenitudo divinitatis patris in silio est, & totus silius in patre est. Ideo unita est in his personis sempiterna æqualitas, quia est immensa deitas, sicut Euangelista dixit, propter hoc magis quærebant eum ludæi interficere: quoniam non folum foluebat Sabbatum, sed & quod patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Vel tale dictum accipe: Tu cum sis homo, æqualem te facis deo . Sed & hoc: ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem : quoniam qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit eum: Scito unum & æqualem in his esse hono rem deitatis. Denic ipsum audi ad patrem clamantem: Omnia meatua sunt, & tua mea funt. Sed & alio in loco idem ipse repetit: Omnia que patris sunt mea sunt. Si ad diuinitatem refers, unum sunt, si ad operationem facturæ eorum indicas, communis eit. Vel hoc intellige Euangelistam Ioannem dicentem: Omnes de plenitudine eius accepimus, gratiam pro gratia. Quod ipse dominus absoluit: Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Siue hoc: Pater meus usq modo operatur, & ego operor. Et alio in loco ipse dicit: Quacunque enim pater facit, eadem & filius facit similiter. Disce hanc unitam esse operationem in natura divinitatis, quæ credentibus uitam æternam tribuit. Et, nemo uenit ad me, nisi pater adducat eum. Et, nemo uadit ad patrem nisi per me. Disce quia per filium itur ad patrem, & de patre uniter uenitur ad filium. Nunquid, ut iam prædixi, plurali numero plenitudines in hocloco designauit Hæretices dum unita sit plenitudo divinitatis corundem, quæ uitam æternam operatur credentibus. Vtico omnes credentes de hacipfa unita plenteudine patris & fili, imò & sancti spiritus accepimus, & semper est plenum: quia nihil de indiscreta trinitate deitatis eoru aliquo est minus. Ac perhocuna est eoru æqualitas, quæ est inenarrabilis claritas. Sane ne in his diutius immoremur, & occasione exquisita tam diu prolixam orationem fecerimus, ut de questione Arij proponentes, nos tanquam cauillantes fugisse uideamur, deniq Esaiam audiantaduersus dogmata iniquitatis ipsorum hac sententia interrogantem: Stultus enimitulta loquitur, & cor eius uana intelligit, & confummat iniqua, & loquitur ad dominum errorem, ad disperdendas animas esurientes, & animas sitientes inanes faciet. Confilium enim malor inique cogitauit disperdere humiles in sermonibus iniquis, & dissipare uerba humilium in iudicio. Nam pij sapientiam cogitauerūt, & hoc con filium manebit, unde oportet nos universa secundum regulam Euangelicam limantes, uel distinguentes, ad causam cogitationis contradicentis accedere in superiore dicentis: Qui me misit maior me est. Animaduerte causa adsumpti hominis dictum fuisse, ut cautum inuenimus formam dei formam serui accepisse, sicut scriptum est: Milit de summo & accepit me, alsumpsit me de multitudine aquarum. Et alio in loco:Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Necnon: Dominus autem adsumpsit me. Nunquid'nam homo deum adfumplit, & non deus hominem : Deus utique hominem, non homo deum adfumplit: Nam etsi adfumplit de Maria uirgine, non quod semperante adsumptionem hominis una cum patre fuit, amisit: sed neque deitas eius in homine augmentum aut detrimentum ullum sustinuit. Cum talis in homine fuerit præsenti tempore, qualis & in sinu patris semper ante adsumptionem hominis una cum patre fuisse cognoscitur. Sed e diverso dicis mihi: Quemadmodum hominem deus adsumpsit; Ignoras Esaiam prophetasse: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiscum deus. Sed & Apostolus hec confirmat, dicens: Formam dei, formam serui suscepille. HAB RETICYS. Quapropter nobiscu deus, a THANAS. Quid aliud intelligitur, quam

quod deus uerus, & homo uerus, homine uerum de Maria uirgine, pro salute adsum pserit nostra: Quæ tamen Maria ex tribu luda semen traxit Dauid. HAERETIC.

Vnde filius dei, & filius hominis uocitatus est. ATHAN. Sicut claritate euange- Luc. 18 licæ censuræ cautum est: Fili Dauid miserere mei. Quod Vas electionis breuiter ab-Rom. soluit: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, & qui prædestinatus est filius dei in uirtute secudum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Ecce secundum hominem. Ecce secundum deum. Vnam tamen personam duplici 1. Tim. 1 significatione esse ostendit, sicutidem ipse alio in loco repetit: Vnus enim deus. Et non in alia persona hæc dicendo distinxit: Vnus & mediator dei & hominum, homo Christus lesus. Sicut scriptum est: Et homo est, & quis agnoscit eum? Vides quia mediator. Nec iam deus tantum pure sine homine quem adsumpsit dici potest, nec homo fine deo. Confidera quia duplex est in una persona mediatoris significatio, deus & homo. Dum de deo deus sit, & secundum carnem idem ipse filius hominis sit. Ideo deus uerus, & homo uerus est hic mediator, sicut & forma dei, & forma hominis.Interrogabo te de mediatore meo, imò omnium nostrum. Responde mihi, cu ius causa scriptum uel distinctum invenitur: Vtrum dei, an hominis, qui esuriuit, aut sitiuit, aut lachrymatus est, & in agonia positus sanguinem sudauit & ad postremum passionem mortis uere sustinuite Si deum proprie sumis dicendo hæc universa perpessum fuisse, occurrit tibi Esaias contradicens: Deus æternus qui fecit extrema terræ, non esuriet, nece laborabit, nec est inuestigatio prudentiæ eius, dans esurientibus cibum, & laborantibus uirtutem, & c. Et adhuc fanctus Hieremias indicat: Nunquid eris ut homo dormiens, & sicut uir qui non potest saluos facere? Vides quia deus non esuriet unquam, qui uniuersa ex nihilo constituit. Sed nec deitas eius aliquando passionem sustinuit, cum ab ipsius nutu universa regantur & uiuificentur. Quaprox pter omnis potestas signorum uel prodigiorum deo facienti est adscribenda, & omnis tristitia passionis homini est imputada. Sicut legimus Propheta dicente: Homo Hier,11 in plaga positus, sciens ferre infirmitates. Nam quid amplius quam ipse homo de se testatur: Quid me quæritis occidere homine qui ueritatem locutus sum uobis : Nun quid ad deitatem pertinet hoc dictum: Tristis est anima mea uses ad mortem? Nunquid causa dei scriptum est: Quia oportet filium hominis multa pati à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere: Nunquid causa dei hæc oratio offertur: Pater, si fieri potest träsfer calicem istum à me, si hæc univerfa diuinitati funt imputada: Ablit: Cum hichomo uere pro nobis passus sit, qui na= turam de uirgine ex radice nostra infirma in se habuit. Ideo nostras infirmitates in no stro mortali, uel passibili homine uere sustinuit, qui post passionem à deo rursus uere assumptus est. Quod ipse dominus absoluit: Ego pono animam meam, ut iterum ac- 10an, 10 cipiam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me. Itaq; intellige, quia prior hichomo in nativitate de Maria virgine assumptus est, & in passione permittête po testate eius traditus est, & post passione denuo adsumptus ab ipso uel acceptus est, sicut scriptuest: Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex uirtute dei. 2.Cor.12 Vides quia secundum infirmitatem nostram homo uere crucifixus est, & secundum uirtutem dei uiuit. Denice considera deum pro dispensatione hominis sui, quem adsumplit, locutum suisse: Soluite templa hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Non' 10411.2 ne de templo corporis sui locutus est hec, quod post triduti ipse suscitauit à mortuis? Nunquid homo qui orabat,ut calix ab illo transiret, contra se dicebat: Potestate ha- 1041.10 beo ponendi animam meam, & potestate habeo rursus assumendi eam? Vides quia ubi omnis potestas, nulla in deitate autoritas mortis est. Vbi autem infirmitas corpo ris est, ibi tristitia cordis est. Nunquid homo solitarius, Photine Heretice, sine deo aquas in uinu transtulite aut confidentia sua mare pedibus ambulauite Nuquid homo qui morte timuisse uidetur, sine deo mortuos suscitasse inveniture Nuquid per potetiam hominis solitarij terra contremuit autrupes & saxa sese illidentia dissiluerunt? Nuquid homo sine deo uentis imperabat, & placidas æquoris undas compescebat? Nunquid homo solitarius à mortuis resurgere potuit saut in medio discipulorum ianuis claulis stetit inter illos, & docuit eos de regno dei; Nuquid homo solitarius aut

super omnes cœlos ascendere à semetipso sine deo ualuite Hæc cucha facta cum deus causa adsumpti hominis sui sit operatus, ideo omnis potestas signorum & prodigioru deo est adscribenda, & omnis infirmiras passionis homini est imputada. Sane hic secudum naturam dei, & non hominis dicta accipe, dicentis: Qui me uidet, uidet & patrem meum. Sed & alio loco idem ipse repetit: Nemo uidit patre, nisi filius: Ne-Exo.33 mo scit filium, nisi pater. Siue hoc: Nemo uidit deu & uixit. Sed & Apostolus ad hec Col. 1 testatur: Qui est imago dei inuisibilis. Quod ipse pater inuisibilis absoluit: Faciamus Gen. t hominem ad imaginem & similitudinem nostra. Vides unam esse inuisibilitatis diui næ nature imagine patris, & filij, imò et fancti spiritus, pure quam nemo uidit unqua hominum, nec uidere potest, sicut scriptu est: Deum nemo uidit unquam. Nam si ho mo uere adsumptus, uisus, palpatus, flagellatus, pallio circundatus, spinis coronatus, felle & aceto potatus, in ligno crucis clauis constipatus, lancea latere perforatus, san guine & aqua madidatus, & usq adeo sepulturæ traditus uel humatus sit. Non'ne hæc cuncta uere secundum naturam hominis sustinuit Marcionita: Denique deipsa natura hominis scriptum accipe & tu Paganis consimilis solicola Manichee:nunquid de natura dei dictum est: Videte manus meas et pedes meos, quoniam ego ipse fum, palpate & uidete, quia spiritus carnem & offa non habet, sicut me uidetis haben Luc. 24 tem? Vtich causa hominis, & no deitatis post resurrectionem piscem & sauum edit. Nunquid ut deitas à Thoma uideretur, poscit ab eo: porrige digitum tuum huc,& Ioan. 20 uide manus meas, & immitte manum tuam in latere meo, & noli esse incredulus, sed Ioan.14 fidelis? Absit: Dum ipse de deitate sua prius dixerit: Nemo uidit filium nisi pater. Et: Qui me uidit, uidit & patrem meum. Non'ne hic nulla phantalia facta est, ubi uniuersa ueritas in hominis passione, uel resurrectione declarata est : Interrogabo & te Photine, qui Christum deum uerum abnegas, & hominem purum tantumodo confiteris. Nuquid causa hominis cautu inuenitur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum: Omniaper ipsum facta sunt, & sine ipso factu est nihil: Nuquid homo in hoc principio suit, Ho muntionita, & non deus dei filius ante omne omnino principium semper una cu pa tre fuit: Sane hunc hominem de Maria uirgine adsumpsit. Nuquid per hominem uis col.t sibilia & inuisibilia facta suntesicut magister gentiu testatur: Omnia per ipsum sacta sunt uisibilia & inuisibilia, tam ea quæ sunt in cœlo, qua ea que sunt in terra, siue thro ni, siue virtutes, siue potestates, siue dominationes: Accipe in hoc dicto & tu cosimi lis synagoga Satanæ, nomen falsum apostatice Iudæe, qui asseris patrem ad angelos locutu fuisse, Faciamus hominem ad imaginem & similitudine nostram: Dumimago angelicæ facturæ sit spiritus uel ignis: quæ tamen à deo filio facta est, sicut scriptu est:Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Velhoc: Qui facit ange los suos spiritus, & ministros suos ignem flamante. Nunquid angelus ut ipse factus est, alterum ministerio facere, aut imaginem suam ipse potuits Absit. Plane deus deifi lius ad imaginem unitæ immortalitatis suæ, similitudinem æquitatis suæ fecit hominem, ut homo in qua iustitia factus fuerat, imaginis incorruptæ permaneret, & similitudinem uolutatis per operationem spiritalem factoris imitando possideret, dum non sit sactus talis homo proprie, qualis est pura creatoris imago divinitatis:quia sa ne interest ad imagine & similitudine referri: & multum distat, ut qualis vel quantus Sab.t est factor, tantus dicatur esse qui factus à deo est. Vnde post transgressionem Adam 2. Timot, imagine immortalitatis, in qua factus fuerat, amilit: quia diabolo colenlit, ut cautum 1. Cor. 15 est: quia deus mortem no fecit, nec lætatur in perditione uiuoru. Siue hoc: qui destru 1. Tim. 2 xit quidem mortem, illuminauit autem uitam & immortalitate. Vel hoc: Absorpta est mors in uictoria, ubi est mors aculeus tuº: Aut hoc: Nouissimus inimicus destruitur mors. Sed & hoc: Quonia deus omnes uult saluos fieri, & ad cognitionem uerita tis peruenire. Necnon & hoc scriptu est: Et uidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona loan. 1 ualde. Sed & in Euangelio politu est: In ipso quod factum est, uita est, & uita erat lux hominum. Itaq quod in Adam amisimus, per Christum dominu nostrum in baptilt.Cor.15 mo suscepimus, ut scriptu est: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de coe lo cœlestis. Vides imagine primi hominis de trasgressione sacta esse mortalem live terrenam

terrenam: & imagine secundi hominis, de iustitia & ueritate factam esse immortalem: uel cœleste: Dum in Adam oes moriune, & in Christo omnes viuisicantur. Disce iam tu Ebion & Photine semper fuisse deum dei filiu cum patre, qui homine & universainstituit, qui se ante Abraha in claritate euangelice censure fuisse testatur, dices: Ante toans Abraham ego sum: Et no deitas filij dei, que una cu patre semper fuit: Nam hic homo filius Dauid, & filius Abrahæ nuper sit genitus. Vtich hecce cucta superius dicta ipsa diuinitas filij dei est operata, anteg homine assumpserit, qui pro nostra salute denuo de spiritusacto ex Maria uirgine natus est. Vnde deus uerus, & homo uerus est, sicut & filius dei, & filius hominis est, dum de deo deus, & secundu carnem idem ipse filius hominis. Itaq sciat se omnis cotusa sylva Hæreticoru, ubi tot genera draconu & ferarum requiescunt, in hoc blasphemare, cum alij deum sine homine tantu prædicent, & alij hominë tantumodo puru sine deo profiteatur. Dum causas dispensationis passim confundunt, infirmitate humanam mortalis hominis divinitati immortali adicribat, aut impassibilem deitate ad naturam hominis passibilis proprie comparet, in hoc mi seri laborant, ut alij deum uerū, & alij homine uerum filium dei abnegent. Respodete mihi Manichæi, filij tenebrarū, in quos tot genera serpentium lubricos habent anfractus, filium dei, id est, deum ueru, & homine ueru de Maria uirgine pro nostra salute non cofitemini, ut scriptum est: Ecce uirgo in utero cocipiet & pariet filium, & uoca- Esa. 7 bis nome eius Emmanuel: quod interpretatur, nobiscu deus. Si phantasma tibi uidetur angelum Gabrielem Mariætestissicari, dicetem: Netimeas Maria, inuenisti enim Luce i gratia ante deum: Ecce accipies in utero, & paries filiu, & uocabis nome eius lesum: Vel Euangelista ad hac testate: Et peperit filium primogenitu, & pannis eum inuol. uit, & posuit in præsepio. Nunquid phantasia fuit, quod adorauerunt Magi uenietes ab Oriente: Nunquid phantalia secundu legem octava die manibus palpatur vel cir. cunciditure Nunquid pro phatalia infantes occisi sunt e Nunquid phatasma Ioannes manibus attrectas baptizauit ? Nunquid phantasia erat super quem uidit loanes spiritum sanctum in specie columbæ ueniente, & manente super eo: Nunquid phātasia pedes discipulorum manibus lauit ? Nunquid phantasma uere manducauit & bibit? Nunquid phatasia lutu de sputo secit, & liniuit oculos cæci, & uidit. Nunquid phantasia Lazarum scetente quarto die suscitauit: Nunquid phatasia unicum matris uiuificauite Nuquid phantasia in cruce pepedit, cu tremefactis cardinibus mundi uidens Centurio cofessionem dedit, dicens: Vere filius dei est hice Nunquid phantasiam in Matt. 27 sindone involuit loseph, & posuit in monumeto: Nunquid phatasma a mortuis post tres dies refurrexit, & in cœlis ascedit, & sedit ad dexterampatris e Absit Manichæe, in quo diabolus universa phantasmata erroris est operatus: presertim cum hæc cũcta superius memorata, deus uerus in homine uero sit operatus. Ideoch cognosce in hoc loco & tu Ariane, quem diabolus in agro dominico inter bonű triticum aufus est ad eradicandum seme suum zizanie serere. Memento quemadmodu acceperis, & quomodo audieris: Serua & age pœnitetia. Sin uerò, uenia ad te ut fur, & nescis qua hora uenia ad te. Audis Hæretice, qui nome tantu Christiani habes, & ore diaboli loqueris, qui ignoras causa dispensationis hominis dictu fuisse: Qui me misit, maior me est: HAER. Dic orthodoxe, si pro dispensatione hominis, ut asseris, positum est: Qui me misit, maior me est: Ergo quo tempore missus à patre est : Forte dicturus es : Absens abillo. Tunc non fuisse recognoscitur. ATH. O satis confusa conscientiæ cæcitas; quæ prorsus serpetis ueneno est infecta. Vticpsi absens à patre fuit, quomodo indiui- toan. sa natura este & si diuisus est, quomodo unus in uno este Et si absens fuit, cum in homi ne fuit & est, cur à piscatore loane nobis in sinu patris agens unus semper annuciatus est dices: Deu nemo uidit unqua, nisi unigenitus qui est in sinu patris, ipse enarravite Denica ad hæc ipsum audi loquentem: Verba quælocutus sum, no sunt mea, sed eius qui me misit. Sed & hæc: Opera quæ ego facio no sunt mea, sed eius qui me misit pa- toanda tris, iple operatur sua. Et: Si mihi non creditis, operibus credite, quia ego in patre, & ibid.is pater in me. Ecce de loquete pater loquitur, & de operate pater uniter operatur, & de manete patre in filio, manet filius in patre. Vides indivisam esse natura divinitatis pa tris, & filij, dum quod loquitur natura filij, uniter loquitur & patris, & quod operatur natura

natura fili, hæc ipfa uniter natura divinitatis operatur & patris. Et cum maneat natura raliter filius in patre, idem invicem manet pater in filio. Itaq; cosidera, quia quicquid ad deitatem refertur, unitatem indiscretam esse designat: quicquid causam hominis indicat, naturam infirmitatis ostendit, sicut ipse ait: Spiritus carnem & ossano habet,

ficut me uidetis habentem. Nonne in hoc dicto hominem ostendit? Nam secundum deum sie prosecutus est: Spiritus est qui uiuissicat: Nam caro nihil prodest: Verba que ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Vides quia ubi autoritatem refert, diuinitatem indiuisam este ostendit, ubi ad hominem, naturam infirmitatis designat. Ac per hoc omnis potestas deo est adscribenda, & omnis infirmitas homini est imputanda. HAER. Rogo, qui maior? qui adsumpsit, an qui adsumptus est? deus, an homo? hoc est, forma dei, an forma serui hominis? qui glorificat, aut qui glorificatus este sicutipse dicit: Nunc honorificatus est filius hominis, & deus honorificauit eum. Et sic prosecutus est: Et deus protinus honorificauit eum in se. ATH. Considera iam in his dicitis

unam personam duplici uocabulo declaratam esse, dei & hominis, Apostolo dicete:

Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus lesus. Siue hoc:

Mediator autem unius no est, deus aute unus est. Vides autem mediatorem uel arbitrum unu esse deum, dei & hominu, hominem Christus lesum. Sed ediuerso dicis mihi

Hæretice: In una persona quid potest discernis Ergo si non discernis, certus esto, quia
& deitate passam simul esse ostedis. Et cur tu in uno homine causam anima discernis,

Matt.10

Mat

Matt. 26 scriptura diuina testatur: Conge clavis à timore tuo carnes meas. Vel hæc dicta accipe: Spiritus aut proptus. Nonne de una persona hec dixit, cuius tantu causa distinxite Rogo, si ipse insirmitate hominis, quam adsumpsit, deitati suæ immortali non imputauit, tu tanta, & tam immensam deitate, per quam omnia sunt facta, homini passibili adscribis: Sicut soles proponere Apostosu dixisse: Omnia subiecta sunt ei, præter eu qui subiecit ei omnia. Na cum subiecta illi suerint omnia, & ipse subiectus erit ei, qui sibi subiecit omnia. Hoc euideter ad deitatem divinitatis si si dei no pertinet dictum, dum per ipsum cucta sint facta, & semper illi suerint subdita, quia nemo sit qui facturæ suæ no dominetur semper. Vnde homini qui nuper natus est, sine dubio ante passi onem si no fuerant subiecta, cum adhuc ipse homo mortis esset pro nobis debitor.

Matt. 28 Vnde post passione universa sunt ei subdita, sicut ipse homo de se significat, qui ad loan, 5 huc in cœlis non suera: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Deniquel hoc accipe: Et potestatem dedit ei ad iudicium faciendum, quo ni a filius hominis est.

Luc. 18 Ideo hui uscemo di omnes coparationes pro infirmitate hominis sunt dictæ: Qui me misit, maior me est. Siue in hoc dicto, in quo solent argumetari: Qui d me dicis bon une mo bonus, ni si solus deus: Cu alio in loco ipse dicat: An oculus tuus nequa est, qui a ego bonus sum: Sicut & de persona sancti spiritus sic cautu inuenimus: Spiritus tuus bonus deducat me in uia recta. Disce una esse bonitate in natura patris, & fili, & sancti spiritus. Igitur uel nunc perpende, qui a omnis infirmitas homini est imputanda, & omnis potestas bonitatis signor uel prodigior uel acitati indiscrete trinitatis est adscribenda. HAE. Ergo, si una natura patris, & fili indiscreta est, qui a dicis unus in uno est.

benda. H A E. Ergo, si una natura patris, & filij indiscreta est, quia dicis unus in uno est, sicut scriptum est: Ego in patre, & pater in me: & causa dispesationis hominis dictum fuisse assersi, id est, Qui me misit, maior me est: quid iam de persona spiritus paracleti hoc loco dicturus est minor non est, qui à filio missus este Sicut ipse ait: Si non abiero: paracletus no ueniet. Et: Si abiero, mitta eum ad uos, et docebit uos omne ueritateme A T H. O inaudita adhuc penitus tam inquisita prescriptio. Itaq suggerente ipso dese sancto spiritu, oportet nos unu pro multis pertines dare autoritatis exemplum. Me-

mento reciprocam esse hanc natura virtute mittentis & missi, dum hic qui nunc missus est, ipse iam pridem mississe mittetem inveniatur. Denice per sanctu Esaiam deum dei silium accipe testante: Accedite ad me & audite hæc. Non ab initio in occulto locutus sum, cum fieret illic eram, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. Disce tandem aliquando unitam esse hanc naturæ divinitatem mitretis & missi, dum qui nunc in Euangelio quamuis missurum se spiritum paracletu testatus sit, tamen se ipse ab eo. iam prius mislum per inclytum Esaiam professus estidum hic qui mittitur, à mittente nunquam dividitur, quia indiscreta natura est, dum inter mittente & missum personæ oftenduntur, & nulla in divinitate divisio est. Præterea du ubig præsens sit hæcunita plenitudo, & omnia impleatinterius & exterius, à summitate coelor us us ad profun ditatem inferoru. HAER. Rogo si filius hominis est, ut de uetere scripturaru autoritate mihi indices. ATH. Quælo audi Pfalmographum: Fiat manus tua super uirum Pfal.79 dexterætuæ, & super filium hominis, quem cofirmasti tibi. Ecce filium dexteræ, ecce filium hominis, sicut Apostolus diciti Qui factus est ei ex semine Dauid secundu car- Rom. nem. Nam secundum deitatem, sic ait. Qui prædistinatus est filius dei in virtute, secun dum spiritu sanctificatiois. Sicut & ipse Pharisaos interrogat de divinitate sua: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est. Responderunt ei ludæi: David. Et ait illis: Quomodo ergo David in spiritu uocat eum dominum dicens: Dixit dominus domi no meo, sede à dextris meis, donec ponaminimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid in spiritu uo cat eum dominii, quo modo filius eius est? Et nemo poterat respondere illi uerbum. Disce ergo quia secundum carnem filius hominis est, hoc est, Dauid, & secudum divinitatem idem ipse filius dei est in virtute, & dominus ipse Dauid est. Quamobrem Vnigenitum dum scriptura refert, secudum divinitatem indicat, quia in deitate unigenitus à deo patre omnino fratres no habet: & dum Primo genitum nominat, naturam hominis oftedit, quod Apostolus declarat dicens: Vtsit iple primogenitus inter multos fratres. Ac per hoc in deitate ubi dicit, impalibilem diuinitatem designat. Vbi autem causam hominis indicat, natura passibilem esse demonstrat. Vides quia ubi secundum autoritatem refert, divinitatem indivisam esse ostendit. Vbisecundum hominem, naturam infirmitatis declarat. Ideo omnis potestas deo est adscribenda, & omnis infirmitas passionis homini est imputanda.

D. ATHANASII ALEXANDRINI EPI

SCOPI, DE SINGVLIS NOMINIBVS, ADVERSVS NOVELLAM Hæresim cuiusdam Potentini Vrbici, LIB.

Hiciam de singulis nominibus atq personis identidem referas mihi. ATH.

ON tibi sufficere debuerat unum pro multis expositum sidei do minicæ exemplum, dicentis: Euntes baptizate omnes gentes, in nomine patris, & fili, & fancti spiritus? De quo iam pridem in primo libello tam absolute digesseram, in quo totius sacramenti ueritatem in una deitate consistere declaraueram. Necnon & no mina propria in singulis personis inesse distinxeram. An ignoras, quia pater unus innatus est, & ipse sibi filius non est, & unus filius à deo uere natus est, qui pater non est, & unus hic spiritus

fanctus, qui non ut hic pater genuit, & non sicut hic filius natus est, sed nec factura est: Sane ut scriptura diuina testatur de unita ueritate est, ac per hoc nomina uera propria in personis sunt, & non uo cabula uacua. HAERET. Vthæc de autoritate ostendas postulo. ATHAN. In claritate Euangelij scriptum est: Et baptizato Iesu, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt cœli, & vidit spiritum dei descendentem de cœlo sicut columba uenientem in ipsum. Et ecce uox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. Non ne alter est in persona qui baptizatus

est, & alter qui ficut columba de cœlis descedit, & alius adeque cuius uox de cœlis au dita est: Alio in loco scriptum est: Omnis qui diligit patrem, diligit eum qui natus est exipso. Nunquid ipse est pater in persona, qui & natus est. Absit: Vel hoc accipetesti monium: qui non confitetur filium, nec patrem habet: qui aute confitetur filium, &fi lium & patrem habet. Denice patris uocem de cœlis audi dicetem: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene complacui, ipsum audite. Dum omnimodo alter sir, qui testetur de cœlis, & alius adæque in terris. Sicut filius ad patrem clamat: Pater, honorifica nomen tuum: Et uenit uox de cœlis: Et honorificaui, & iterü honorificabo. Nam & alio in loco idem ipse repetit: Ego à patre exiui, & ueni. V tique si ipse erat pater in persona, qui & filius, sic debuerat intimasse: Ego à me exiui, & ueni. Dum proculdubio alter sit, qui exiuit, & alius sit de quo exierit. Sed ad hec subiunxit de personasan-Etispiritus: Cum uenerit aduocatus ille, quem ego mitta uobis à patre meospiritum ueritatis qui à patre meo procedit, ipse testificabitur de me. Ita'ne no alterest qui mittit, & alius adæque in persona à quo procedit, & alter est hic ipse qui uenit? Denique una esset persona, à quo tandé mitteretur; uel à quo procederet; Sicut Apostolus hec 3. Cor. 13 in falutatione ad Corinthios confirmat, dicens: Gratia domini nostri lesu Christi, & charitas dei, hoc est patris, & comunicatio fancti spiritus cu omnibus uobis. Non ne aperte per lingula nomina, licut & superius cotinetur, singulas personas inesse distin xite Itacp alter est pater in persona qui genuit, & alius filius est, qui unigenitus abipso, & alius spiritus paracletus, qui de unita natura est. Sed dicis mihi Hæretice, quemad. modum spiritus de unita natura consistit. Eccefilius de eo testatus est: A patreproce dit: & sic prosecutus est, & de meo accepit. Quod testimonium pater coprobauit, dicens: Spiritus à me procedit. O homo si spiritus hic paracletus, ut dicis, paternon est, filius non est, factura non est, quid tibi esse uidetur? O uera cacitas: Vticp si scriptura tibi non sufficit, que sic de eo significat, me no est iam super eo quod interroges. Sanè non debeo dissimulare, eò quod non tibi debeam indicare quod sentio. Sed ut prius scias quos laqueos euites, indicabo tibi. Hæchæresis nouella extitit inaudita cuiusda VRBICI POTENTINI, qui hunc spiritum sanctum, patrem aut filium, aut certefa-Eturam usurpat debere cofiteri: Vtsi quis certe ignarus, uel rudis in scripturis diuinis, de his quæ per amaritudinem uerfutiæ eius funt in medium prolata commenta audie rit, & aliquid ex his blaspheme dictis elegerit, statim in hæresim incidat. Audistag quemadmodum absolui debeant tortuosa uincula iniquitatis eius. O Potentine, qui aduersus scripturas divinas, uel totum mundutu solus à catholicis dissentis, dum Phi losophoru doctrinas sectaris, qui sic sentis: utiq si spiritus sanctus, & hic paracletus, ut dicis, pater esset, line dubio iam non esset unus pater, sed duo patres: aut si spiritus & hic paracletus, filius effet, line dubio iam non unus filius effet, sed duo filij: uellifactura esset spiritus paracletus, procul dubio non iam esset uerus deus, qui factusest, quod ablit: Acperhoc eade ipsa repeto, & perapertiores sermones hac dictade autoritate iuris indico. Igitur si alter pater erat & hic paracletus ut quid dictu Apostoli inuenimus: Vnus enim deus pater: Siue hoc dictum: Nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipsum: Disce ergo, quia unus est innascibilis deus pater. Sed & si alter filius esset hic spiritus consolator, cur unigenitus filius à Ioanne Euangelista predicabatur, dicens: Deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit : Siue hoc: Et unus dominus lesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. Vides quia unus est filius, qui est unigenitus deus. Sed & si creatura erat spiritus sanctus, & deus uerus non erat: cur legimus ipsum dominum Christum Nicodemo indicantem: Quod nascitur de spiritu, spiritus est: Et: Quia deus ipse spiri tus est. Vel saltem hoc exemplum accipe: Et nolite contristare spiritu sanctum dei in quo signati estis in die redeptionis. Sed ad hæc dicta suscipe: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, no intrabit in regnu colorum. Memeto, quia deus est spiritus sanctus, qui cucta operatur in signis & prodigijs, sicut uas electionis breuiterab soluit: Hæc omnia operatur unus atquidem spiritus, dividens singulis prout uult. Qui utiques creatura erat, que admodum hæc universa mirabilia poterat operaris Vnde no pater est hic paracletus, Potentine, ne duos patres aduersus stylum regule autoritatis

10

in confessione introducantur: & non filius est, ne duo filij cotra facras scripturas esse uideantur: & non factura est, ne non deus uerus sit. Sed ad postremű quid dicas, audi ipsam scripturam diuina: Verus est deus, quia de ipsa uera deitate unita, incoparabilick consistit. HAER. Rogo, si unita deitas est incomparabilis, nunquid sic & nomina personarum incoparabilia sunt: ATH. Proh dolor, si multi sunt patres, qui aliquando patres non fuerunt, nunquid aliquis ex his deo patri in sempiterna generatione pater digne comparabitur. Absit: Aut quia multisunt fili, qui nuper natisunt, & antea fili, non fuerunt, nuquid aliquis ei ad sempiterna divinitate filius proprie adsimilabitur? Aut quia multi sunt spiritus in colo, & in terra, qui facti sunt, nun quid aliquis eorum in sempiterna divinitate sancto spiritui adæquabitur? Absit, ne factura factori suo coparetur, dum factura nuper cœperit, factor autem eius semper ante omne omnino principium fuerit. Memento unum esse patre, ex quo omnia, & unum esse filium, per que omnia, & unum este sanctu spiritum, in quo omnia sicut scriptum est: Omnia ex loan.t ipso, & peripsum, & inipso. Considera ad hæc superius argumenta dicta, tres signisicationes per unitum nomen esse ostensas, id est, exipso, & peripsum, & inipso: dum alius sit ex alio, aut per aliud, quia ad singulas personas hoc pertinet dictum. Nam de unito nomine sic ait: Exipso, & peripsum, & in ipso, quod idem ipsum est unu. Vnde quamuis hæc uocabula in proprias personas tacite sint dicta, tame unu nomen in his clause est reuelatu. Ergo quia ait: Ex ipso, ex deo patre uocitat, ut fieret demonstrauit, & periplum, per deum filium hæcipla facta indicauit, & in iplo, in deo fancto spiritu fanctificata pronunciauit, Vides quia ex quo, ex patre est dictum: & per quem, per filium est factum: & in quo, in sancto spiritu est uniter consummatum. Itacs quod ait, exipso, & peripsum, & in ipso, quia identidem hæcipsa est diuinitas patris, quæ & fili, sic & sancti spiritus, ideo cuncta ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt facta. Ipsi trini tati unitæ & inenarrabili honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Et quur nomina in personis tantum distinguatur, accipe: Nunquid pater qui inenarrabiliter genuit filium, ipse filius potest dicie Nunquid pater homine de Maria uir gine assumplit: Nunquid pater natus, aut incarnatus, aut passus est: Absit à nobis, Sa belli hæretice, ne hanc blasphemia admittamus. Dum hic uerus filius dei, uere incoparabiliter natus fuerit de patre, & pro nostra salute denuo dignatus fuerit adsumere hominem de Maria uirgine. Vnde iam deus uerus & homo uerus dicitur, imò & est, Ideo in hæc divisa sunt nomina personarum, ne quem patrem dicis, hunc eundem & filium confuse designes, aut ne filium patre esse pronuncies, uel certe hunc spiritus san Aum inæstimabilem, ne forte patre aut filium temere testeris, & nulla omnino sirmitatem tenere inueniaris: dum per ipsa nomina personarum, ipsam unitate passim con fundas, ut ipsum sibi dicas in persona esse patrem, quem & filium, quasi ipse se genuerit, aut ipse sibi pater sit, & ipse sibi filius sit, quod absit: du nemo sibimetipsi pater sit, & nemo sibimetipsi filius sit, quemuere genuerit, dum pater fili sit, & filius patris sit que uere genuit. Propter quod nomina in personis perfecte distiguuntur. HAE. Hæc dicta de autoritate mihi approbes qualo. ATH. Accipe filiu in claritate Euangelica censuræ testante: Cum uenerit aduocatus illespiritus ueritatis, qui à patre meo pro- 10an.10 cedit, ipse testificabitur de me. Nonne quam breuiter nomina in singulis distinxit, du hunc aduo catum spiritum paracletum à patre adnunciat discipulis suis esse ueturum, & de semetipso testimonia in mundo esse laturum? HAER. Quare nomina designan tur." A T H. Proculdubio quia pater uere genuit, hoc propriu nome est ei, & filius uere de co natus est, hoc unicum nome est ei, & spiritus principalis, qui de patre processit deitatis nomen est ei. Cum uerò nomina pluraliter in personis singulis percurredo di stinguuntur, propria nomina ostenduntur. Cum secunda deitatem referatur, unitum nome in his indicatur. HAER. Quid ergo designant personæ proprietatis indicium, quod est solus pater, & unigenitus filius, et unus hic spiritus sanctus, quemadmodum hic ostendis unitum nomen esse in proprijs personis? ATHA. Audi quoniam quomodo substantiuus est in divinitate deus pater, sic substantiuus est in eadem natura et substantia & deus filius, sic substătiuus est in eade natura ovoias deus spiritus sanctus. Siue hoc tale dictum referas, quemadmodu deus est pater, sie deus est filius, sie deus eff [piri-

est spiritus sanctus. Vides quia substătiuum divinitatis nome in his personis dumindicas, deitatis initium nomen demonstras. Itaq duplex est huius mysterij intellectus, Memento dum unitum nomen eoru in unita substantia consistat, & proprianomina in singulis personis distinguantur. Vel certe per hoc argumentum ueritatem intellige: Ego & pater unum sumus. Vtice quia unitum nomen naturæ, plures naturænon fint, & sumus, una persona no sit. Itacp ubi deitas nomen indicat, unum designat. Vbi autem ad nomina personarum uenit, sumus ostedit. Idcirco aliudest, unitum nomen deitatis ad communem autoritatem trinitatis uniter referre, & aliud est singulanomi na pluraliter per singulas personas distinguere: quia ubi natura ovoias requiritur, unitum nomen reuelatur: Vbi autem ad nomina, proprietas eorudem in singulis personis inesse declaratur. Sicut & in hoc argumento: Vas electionis, breuiter absoluit; Ex 2, Cor. 2 deo, coram deo, in Christo loquimur. Itane non per hæctacita nomina, quamuis personarum singulas significationes inesse declaravit, id est, ex deo quod est evideter ex deo patre. Et quod prosecutus est, coram deo, hoc est, teste deo, sanctum spiritum demonstrauit, & in Christo loquimur quod ait: Vtiq nos ex deo, coram deo, in filio dei testimonium predicamus. Vides multifarie tibi dicta nomina singula in personis esse ostensa, quoniam nomina singula tantum in personis perfecte ostenduntur.

D ATHANASII ALEXANDRINI EPI

SCOPI, DE VNITA AC SEMPITERNA SVBSTANTIA
TRINITATIS LIB. V. HAER.



VVR confessus es sempiternű cum patre este filiú, que natiuitas nullo modo passa est admittere in sempiternitate? Qui si sempiternus una cum patre erat, natus no est: si aŭt natus est, sempiternus esse non potest, dum natiuitas posterior sit sempiternitate. A T H.O inanis machina, de ligno, sono & stramine, in arenis adiscata, cuius in proximo adest ruina incendiü. Hic ad tuŭ malum argumentu, necesse est, ut contra te profera uera sapietie interdictu. Quare non sit sempiternus silius, cuius natiuitas nullo

modo excluditur à sempiternitate? Sed imò hic q ante omne omnino principiuiam natus fuerat, ipsius est una cu patre sepiternitas, du sempiterno sempiternus genitus fuerit. Sed dicis mihi: Nativitas posterior est à genitore suo: Reuera quasi prius con ceptus de semine, aut coagulatus in uetre, & usq ad postremű incremetum nativitas Ad. 8 eius accedens profecerit, & sic tande aliquando natus fuerit: Absit, ne huic natiuitati aliquid coparetur, sicut scriptum est: Generationem autem eius quis enarrabit: Nunquid pater, qui uere genuit in passionem aliquam incidit, aut in ipsa nativitate filis sui detrimentum sustinuit: Absit, dum hæc generatio omnino, ut superius dixi, non enar retur. Denice de hoc si potes contra diuina scripturam erra, dum ipsa modo dicat, manum, filium, & dextera, & brachium: & modo uerbu de ore patris, & modo exutero ante Luciferum genitu, & modo in patre esse, & modo quasi à patre exisse & uenisse, & modo in sinu patris esse, & modo apud patrem erat, & modo in patre est & erat, & modo pater in filio, & filius in patre est. Cosidera si adhæc multifarie dicta aliqua nati uitas generationi filij dei poterit coparari, uel enarrari: dum hic qui ante secula incoparabiliter natus iam fuerat, quomodo & nuc in sinu patris est : aut qui à patre exiuit quomodo semper in patre fuit & est: Aut qui ex utero genitus est, quomodo & de ore patris uerbu exiuit & uenit? Aut quomodo pater in filio est, & filius in patre est? Vides quia non enarratur hæcfola natiuitas. Ergo sempiternitate hanc, qua anteriorem natiuitate filij fuisse asseritis, cui tandem adscribitis? Ait Hæreticus, patri tatum.

Et cur præiudicas ei? Vtick si nuper genuit, sempiternus esse non potest. Elige tibi alteru de duobus, aut una est eorum sempiternitas, aut una posteritas. Postremo quid tantum silio imputas, quasi aliquando no fuerit, cum hoc magis debeatur patri deputari? quem tu patrem aliquando, secundu professionem tuam no suisse testaris. Vtick

reuera

reuera si filium natiuitas impediuit ne sempiternus esset, quam tarde aut sero natum fuisse asseris, necesse est, ut & genitori nativitas filis sui impedimentu attulerit, ne sem piternus sit, si nuper genuit. No tibi uidetur, quia utruce à sempiternitate impugnas? Cur ergo iam no est hec talis professio uestra, nouus pater, nouus & filius incipit pater, incipit & filius: Et excluso patre & filio ab una sempiternitate, quæro à uobis: cui deo hanc sempiternitate adscribatise quia patrem dicitis tarde genuisse, & filiu nuper natum fuisse. Ergo ambo à sempiternitate exclusi esse uidentur. Considera ergo non posse dici sempiternu patre sine filio, dum magis sempiternus sit pater cum suo filio: quia non potest tantum hic pater dicisine suo filio. HAER. Quod sensisti, de sensis tuo attulisti, & nihil de autoritate sacræscripturæ mihi satis secisti: Vnde uel unii tantummodo proferas pro multis pertinens ad hoc exemplum postulo, ut superiora dicatua possint iure legitimo confirmari. A TH. Audi Psalmographum sanctu Dauid dixisse, imò filium dei per Dauid ad patris personam retulisse: Et ego semper tecum, Psal. 72 tenuisti manum meam dexteram &c. Vel ipsum patrem per legislatore Moysen audi dicentem, de sempiterno unito nomine trinitatis: Ego dominus deus, hoc est nomen Exod.3 meum memoriale sempiternum in generationes & generationes. Quod alio in loco idem ipse in filio suo dictum ostendit, id est: Nomen meum est in illo. Sed & ipse attestatus est: Ego ueni in nomine patris mei, & me non recepistis. Nam & Dauid ad hec clamat: Benedictus qui uenit in nomine domini. Deniq de hoc ipso audi loquetem Psal. 117 dominu supra corpus Lazari: Pater, sciebam quia semperme audis. Qui si semper in patre, aut cum patre non fuisset, quemadmodum eum semper audisset, si cum deo patre semper uniter no suisset? Vnde quia semper apud patrem suit, & nunquam sine eo fuit, semper eum pater audivit. Vides unitum nome esse sempiternum, quod in virtute sapientiæ uniter cosistit, ut quod nomen patris est in natura, ide ipsum sit in natura nomen & filij. Vel Apostolum audi ad hæc dicentem: Et sempiterna eius uirtus & di Rom. uinitas. Que sempiternitas siue divinitas filius eius est. Quod alio in loco ipse tam eui denter absoluit, Christum & dei uirtutem, & dei sapientiam. Nunquid nam pater fuit aliquando fine uirtute & sapientia sua, Hæretice, ut sine filio suo à uobis esse dicatur? Absit à nobis, dum ubiq scriptura tibi apertissime declarat, semper suisse patre cum filio, filium cum patre. Cur non expertus es, fanctum Dauid eduxisse in pugna gladiū Goliæ, cuius nos usi ueritatis exeplo, placuit ut de uestro in uos gladio triumphe mus, ficut ipse testatus est: Gladius eorum intret in coripsoru. Ignoras, quia quod de- Pfal.36 rogas filio, hocipfum adimis & patri: Itaq; dum in prima congressione ab una sempi ternitate patris & filij exclusi fuissent, & copellerentur ab ipsa cesura ueritatis, uisum est illis ut in medium proferrent, quæ prius occulte blasphemabant, dicentes: Erat pa ter aliquando sine filio. Si enim fuisset pater aliquando sine filio, nunqua prorsus prefumens indicasset per Prophetam: Et ego semper tecum. Sed ad hæc piscator Euangelista Ioannes dilectus à deo testatus est: In principio eratuerbum, & uerbum erat apud det, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factu est nihil. Considera quia semper erat apud deum patrem deus filius, per quem omne omnino principium factum est. Vnde iam oportuit nos paulisper ad stulta dicta stulte respondere, ut uel sic de sua stultitia reuicti atque confusi, erubescerent. Vtique si erat pater antequam generaret filium, sine dubio non erat pater, si non habebat filiu. Sed ne uel hoc præsumant blasphemantes: Erat filius antequam nasceretur, qui si natus non suerat, euidenter non erat filius. Stulte, quid ergo oportet dicere e Elige tibi unum de duobus: Si erat pater antequam generaret filium, aut erat pater qui iam uere genuerat filium: Vel si hoc significas: Erat filius antequam nasceretur, aut erat natus filius, qui iam uere natus fue rat de patre, sicut scriptum est: Qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Ideo non intelligis Ariane, qui a tota falsa introducis: ut dicas patrem qui non genuerat, & nomines filium, qui nec dum suerat natus. Rogo si pater erat, ut asseueras, qui non genuerat, & filius erat, qui non erat natus à patre, quæro à te quid tunc suerint; Ne forte dicas, ambo ingeniti, quod ablit. Verum patrem sempiternum, uerus filius declarat sempiternus, qui de eo natus fuerat: & uerum filium sempiternum, uerus pater demostrat sempiternus, qui eum genuerat, ac per hoc ut dixi, sicut uerus pater, qui de semetipso ge-

nuerat filium, unà cum eo erat semper ante omnia anterior, sic uerus filius, qui iam inenarrabiliter natus suerat de patre, unà cum eo suit semper ante omnia anterior. Hæc est, inquam, in his interior sempiternitas, quæ ante omne omnino principium suit, & erat. Ideo nunquam pater sine filio, quia semper filius suit cum patre, dum nullo modo potest pater hic dici sine filio. Super hanc tantam ueritatis probationem adhuc adiecit iniquitas eorum dicendo: Antequam generaret non erat pater, sed erat omnipotens deus. Prò nephas, hæc tam temere sic de deo patre sentire: ergo sine dubio, ut dicitis, si omnipotenti deo de recenti honor patris accessit, prius imper sectus suisse detegitur. Et si omnipotenti, tanquam homini egenti per ordinem digni tas creuit, prius iam omnipotens non suisse cognoscitur: quia cui honor accedit, dum usq ad summum gradum peruenerit, adhuc inferior ab eo esse uidebitur, & si peruenerit, melior incipit esse in nouissimo, quam fuerat in primo, dum de humilitate usq ad summum fastigij culmen accedat. Sed hæc, ut erubescas, secundum tua dictarese rimus, dum magis omnipotes pater esse inuenitur, cui illa tanta censura omnipotetie sese prius submiserit, ut honorem nuper per hunc gradu paterni nominis adsumeret.

Porrò longum est tam diu cæcas eorum in unum replicare caligines. Audiantitacs nostram ueram & immobilem uocem confessionis: Quem ignorando omnipotentem deum testati estis, nos ipsum patrem esse prædicamus, quia omnipotente deum, qualis ipse est in natura, talem genuit filium, sicut in scripturis cautum inuenimus: Qui est, & qui fuit, & qui uenturus est omnipotens deus. Vides omnipotentem esse dei filium in natura, sicut & patre. Ideo nihil nuper accessit, in unita divinitate sempiternæ omnipotentiæ, patri & filio. Sane nec omni poteti deo sancto spiritui aliquid accellisse cognoscitur, quoniam de unita omnipotetiæ substantia est: quia hæcunita natura nec augmetum aliquod, nec detrimentum patitur. Disce ita quemadmodum debeat tuus error absolui: Vtique sempiternitas patris filius eius est, quia de ipso inenarrabiliter ante omne omnino principium natus est: & sempiternitas filis patereius est, quia ipse eum ante cuncta secula incomparabiliter genuit: siue sempiternitas spiri tus paracleti unita deitas eius est cum patre & filio, quæ facta non est, sicut filius testa tus est de eo: A patre procedit, & de meo accipiet. Sed & pater hæc dicta comprobat per Prophetam, dicens: Spiritus à me procedit. Et alio in loco: Effundam despiritu meo super omné carnem. Quod in Pentecoste in Apostolo sactu suisse, scripturadiuinæ testantur. Nam sicut pater declarat filiu suum in deitate sua, quonia deus uerus est: ita & filius demonstrat patrem in substantia sua, quonia deus uerus est: sic & spiritus sanctus reuelat patrem & filium, in unita natura sua æterna, quoniam deus uerus est. Hæcest, inquam, unita omnipotens sempiterna trinitas, cui de recenti in deitate nulla accessit dignitas. HAER. Interrogo te, responde mihi: Non ergo mutabilis, uel

Pfal.101 convertibilis hæcunita substantia trinitatis? ATHAN. Audi itaq, scriptum est: Ego sum deus, & non sum mutatus. Vel Prophetam ad hæc dicentem: Mutabis eos, & mu tabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non desicient. Intellige itaque nec incrementum, nec detrimentum ullum posse sustinere hanc immutabilem unitam plenitudinem substantiæ trinitatis. HAER. Rogo, si unita est substantia divinitatis patris, & silij, & sancti spiritus, de autoritate scripturarum mihi id indices. ATHAN.

Audi spiritum sanctum per Hieremiam Prophetam testantem, uel imò Hereticos per hæc autoritatis iura increpătem: Super montes accipite planctum, & super semitas deserti luctum, quia desecerunt, eò quod non sint homines, non audierunt uocem substantiæ. A uolatilibus cœli usque ad pecora. Et sic prosecutus est: Quis homo sapiens & intelligit hæc; Hic, ut intelligi datur, motes & colles in superbia elatas potestates huius mundi esse. Et semite deserti, ludæi sunt, qui semper errantes Christu deum uerum, de substantia patris ante cuncta secula natum, non cognouerunt: Vola tilia autem cœli: Hæretici sunt, qui omni uento do crinæ huc atq; illuc, sicut aues circunferuntur, & unitam iussionis uocem, substantie patris, & silij, & sancti spiritus esse non consitentur: Pecora adæquè gentiles sunt, qui deum factore suum non cognoue runt. Vere nemo ex his arbitrandus est sapiens, qui non intelligunt hanc unitam esse substatiam trinitatis. Vel ad hæc intellige Prophetam clamantem; Quis stabit in substantia.

stantia domini, & uidebit uerbum eius: Plane quis hominu potuit stare in substantia domini & uidere uerbum, id est, filium eius ficut ipse dicit: Et nemo uidit patre nili filius, et nemo scit filium, nisi pater. Vel tale dictu accipe: Qui me uidit, uidit & patre meu. Nam de persona paracleti, idem ipse effatus est: Spiritus ubi uult adspirat, & uo cem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat, sic est omnis qui natus est ex aqua et spiritu sancto. Cosidera una esse inuisibile substantia trinitatis. Sed ad hec adie cit:Si stetissent in substătia mea, & audissent uerba mea, auertissem eos à studis coru peHimis. Vel in hoc substătia mea, dulcedo mea est: Necno: Qui est splendor glorie, & imago substantie eius. Sed & hoc, quod secundu autoritate iure optimo censetur, accipe: Splendor est enim lucis æternæ, & speculusine macula dei maiestatis, & ima go bonitatis ipsius deus filius. Vides una esse inuisibilis imagine substantia gloria bonitatis. Denice Paulum Apostolum pro increpatione Hæreticorum audi hacima ginem declaratem: Sed si opertum est Euagelium nostrum, in his qui pereut est oper 2, Cor. 4 tum, in quibus deus seculi huius excecauit metes infideliu, ut non peruideant lumen Euagelij inuisibilis. HAER. Sane il & spiritus sancti imago inuisibilis dei patris & silij est, de autoritate mihi indica. A T H. Scio quia difficilis exitus est hic ignorantibus in absoluendo, sed nos oportet semper ad coruscantis Pauli eloquium inteto corde aspicere, dicetis: Nos omnes reuelata facie gloria domini speculantes in eande ima- 2.Cor.3 ginem reformamur à gloria in gloriam, sieur à dominispiritu. Cosidera in unam ima ginem quemadmodu unam glorianter delignauit, id elt gloriam domini, à gloria in gloriam, sicut à dominispiritu: Non'ne ut est imago dei patris in gloriam, sic eadem ipsa talis imago est glorie filij, sicut sancti spiritus imago glorie eade ipsa & tanta uel talis efte HAER. Declara mihi, si diuisa est hæc una, atq eade ipsa substantia patris,& filij, & spiritus fancti, an indivisa, aut si extesa est invicem : ATH.O experientia hominis, qui seipsum no intelligit. Vtiq una ubi indicasti unitatis plenitudine, substan tiæ nomen indivifum in eis effe mostrasti:nomina adæquetria. Et rursus in repetendo quod distinxisti, proprietatem earudem singulis personis inesse demostrasti, memento quia inenarrabilia funt quæ dicimus, quæ omnino crededa funt. Non tamen facultas data est, ut ad liquidu sint hæc à nobis discutieda: quonia ipsa sacrosancta tri nitas scire se tanti uoluit, no tamé permisit ut dei divinitate sua proprie debeat desiniri:unde no est diuina substatia diuisa, aut extensa inuice, uel protesa in aliquo, uel excisa in partibus, sed nec mutationi aliculus rei coparatur: quia liquor no est in hac natura plane, sed nec defluxio quæda, quia nullus detrimentu, uel augmentum susti net, præsertim cum inenarrabilis sit hæc plenitudo substatiæ indiuisæ trinitatis, sicut iple deus dei filius indicat: Ego in patre, & pater in me. Sed & spiritus sanctus in patre, & in filio iuuice, & in se consistens est. Sicut scriptum est: Quis enim scit hominu quæ sint hominis, quæ in ipso sunt, nisi spiritus qui in ipso est e lta & quæ in deo sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei: Nos autem non spiritu huius mundi accepimus, sed spiritu qui ex deo est, ut sciamus que à deo donata sunt nobis que & loquimur. Scito propriæ weritatis argumentű indifcretű elle politű de homine & spiritu, qui inipfo est, &de deo & spiritu, qui de ipso est. Nã & hoc: Qui se ingit meretrici unu corpus 1. Cor. 6 efficitur, & erut, inquit, duo in carne una: qui aute fe iungit dno, unus spiritus est. Vides indiscrett esse hanc plenitudine divinæ trinitatis, sed & ubice præsens est ista natura trinitatis. Quæ omia implet interius & exterius, à summitate cœloruulq ad pro fundu infernoru, sicutipse dns per Propheta testatur: Ego sum dns deus, qui impleo cœlum & terra, & omnia quæ in eis sunt. Vel hoc uniter in trinitate dicum accipe. Quò ibo à spiritu tuo, aut quò à facie tua sugia? Si ascedero in cœlū, tuibi es, & si descendero in infernu, tu ades illic: Si adsumpsero pennas meas ante luce, & habitauero in extremis maris:etenim inde manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Itaq quia dixit: quò abibo à sputuo, Psalmographus, spiritum principale, qui à patre processit, declarauit: Facie aute ipsius patris siliu demostrauit maniseste. Quis potest ante unita deitate trinitatis in colo aut in inferno se occultare uel fugere cui omnis orbis terraru, uelut stillicidiu deputatu est, aut sicut spuma gracilis, aut ros quod anrelucant de colo descendit, sicut scriptu est: Qui continet circuitu terra, & eos qui hH 3 habitant

habitantin ea sicut locustæ. Necnon: Qui mensus est manu aquã, & cœlum palmo, & universam terra clausa manu. Et rursus: Cœlum mihi thronus est, terra autem seabellum pedum meorum. Considera incomprehensibilem esse unitæ divinitatis uite tutem, ut cœlum, quod palmo continetur, idem & thronus eius sit: & terra, quæ pugillo concluditur, rursus scabellum pedum eius sit. Ac per hoc universa implet, & omnia continet interius & exterius, ut ubiç præsens est hæc indiscreta sempiterna tri nitas, cui est inuisibilis plenitudo divinitatis.

D > ATHANASII ALEXANDRINI EPI=

scopi, de BEATITVDINE FILII DEI, ET DE PRAEscriptione secta pessima, ad Theophilum, Lib. vi.

HAERETICVS.

os co à te, de unito deitatis nomine multifarie di cut identidem repetas, & sic de nominibus personaru in prosequendo distinguas. A T H. Disce prius in ambiguo esse posita hanc tuasecunda interrogatione: No ne unitas nullo modo patif unionis persona in confessione introducis dum unitatis natura nomen in tribus his personis sit: & tres ha persona in nomina tantu distincta sint: Vnde no potest unitas ostedi in personis. Nec ut di xi, he persone sine deitatis unitare: Nuquid potes deutantu cost

teri, si & in hocignores, cui propria persona debeas assignares Nuquid oportet huc deutantu indicares Nisi & in hocagnoscas unita persona eius distinguere in filium qui natus lit Nuquid lic cofule den tantu couenit profiterie nisi prius credatur, quis de unita natura fit, & in hoc persona eius distinguatur, qua nec pater, nec filius est hic spiritus sanctus. Quapropter duplex est huius mysterij intellectus, deus pater, deus & filius, deus & sanctus spus. Vides unitatis indiciu in tribus effe personis, et tres has personas nominibus tantu esse discretas: unde nec unitas potest ostedi sine personis, neche persone sine unito nomine deitatis. Ecce iam habes positos ante oculos tuos thesauros lucis, & thesauros tenebrara, ubiubi placet, porrige mana tua. Vndeneces se est nos iam terminu immobile, secundu Euagelica regula aquitate, contra hostes figere, & per librante sapientia limitem iustitiæ ubica aduersus omnes hæreses peragrates custodire, ut cœlitus hæc statuta ueritatis mox usam lucis à tenebris dividat. Hæc est, inqua usa lucis, cuius in cofessione aperitur ostium salutis: ltaq qui in hane professione ingreditur, beatitudine eius adipiscutur. Beatitudo ei, qui confitentur unu deum patrē, & filiū & sanctu spiritu. Beatitudo ei, qui cofitetur solu deum patrē, & filiu, & spiritu sanctu. Beatitudo ei, qui contretur unu omnipotente deu patrem, & filium, & sanctum spiritum. Beatitudo ei, qui contetur ueru deum patrem, & filium, & sanciu spiritum. Beatitudo ei, qui contretur unu deum summu patre, & filiu, & san chum spiritu. Beatitudo ei, qui cofitetur unu deu bonu patre, & filiu, & spiritu sancto sempiternű esse. Beatitudo ei, qui cofitetur indiuisam esse substantia patris, & fili, & sanctispiritus. Beatitudo ei, qui nihil addiderit, uel diminuerit unita natura patris, & filij. & sancti spiritus. Beatitudo ei, qui contretur omnia bona facta suisse à patre, et filio, & sancto spiritu. Beatitudo ei, qui costtetur unam æqualitate in sempiterna ple nitudine deitatis esse patris, & fili, & sancti spiritus. Beatitudo ei, qui secundum sin gula nomina trinitatis, id est, patris, & filij, & sancti spiritus proprias his tantu personas distinctas esse confitetur. Itaq idem ipse refrico quia uehementer timeo, ne aliquod offendiculu minus intelligetibus posuerim, adeo per apertiores sermones hee ipsa dicta paucis exponere desidero uerbis. Ego ubi unu deum memini, ad unitam deitate patris, & filij, & fancti spiritus declaraui. Item omnipotente deum, ad omnipotente substantia trinitatis propalaui. Item solum deu, ad solius nature suprascripte trinitatis indicaui. Identide unum ueru deu, ad unam uera natura diuinitatis patris, & fili, & sanctispiritus hæc dicta retuli. Aut in quo summu deum, aut summitate dei 304 14

patris, & fili, & fancti spiritus adsignaui. Siue unum bonü deum, ad ună bonitatem natura trinitatis demostraui, & unu deum ad unitam dominatione deitatis reuelaui. Seu in quo indiuisam trinitate memoratus sum, ad ună substantia plenitudinis eoru hac prafatus sum. Et hec omnia qua superius singula indicaui, ad indiuisam deitatis sempiternitate patris, & filij, et sancti spiritus manifestaui. Ac per hoc de unito nomi ne deitatis, multifarie quauis sit dictum per singulas personas, quod retuleris in patre, hoc ipsum & coste aris necesse est uniter esse ut in filio, sie & in sancto spiritus.

IDCIRCO qui legis, contestor ego hodie tibi cœlum, & terra, per hanc scripturæ meæ fidei catholicæ confellione: Quod finon ex toto corde eam fueris profecutus, aut in fastidit animi contenendam ac detrectanda habere putaueris, eris tu ipse reus in die iudicij, cum huius scripturæ chirographū ante tribunal Christi in testimonium tibi fuerit recitatu, aut si in maledictionis uia Hæreticoru, quod non opto, inuentus fueris examini sociatus. Qua ergo ut à te caue atur, ideo inferius tibi recitabunt. Hee est, inqua, fugienda atos præcaveda via tenebraru, in qua tot genera serpentiu lubricos habet anfractus, aduersus quos oportuit nos scutu fidei per nomina uera personaru contentes erigere, ut secundu ipsam autoritate eos divinitus iaculemur, unde tot & talia funt ferrameta spiritualia, quot & uulnera resecada: ac per hoc no fuit dissimulanda causa mortifera, quonia non poterat ea prius per someta blandiente medicina curari, ne intrinsecus in peius serperet cancer. Nam si uelint seueritatis prius ferramenta recipere, facile poteratad medelam falutis peruenire: Sed quonia adhæsit in illis radix zizaniæ, germinas in felle amaritudinis, propterea disfidunt introire in uiam cofessionis, quia hæc uia lucis scandalu estillis. Vnde oporter nos ostendere eis, quos edant viæ suæ fructus maledictionis omniumale credentiu, sicut scriptum est: Maledictus omnis, qui no obaudierit uerba libri huius, ut faciat ea in corde suo. Maledictus, qui patris, & filij, & sancti spiritus unita sempiterna substantia essenon confitetur. Maledictus, qui secundu tres personas, tres diversas substantias esse confi tetur.Maledictus, qui tria principia in hac eorum unitate sempiterna deitatis esse cõ fitetur. Maledictus, qui solum ueru deum patrem, & unigenitu uerum filium, & unicum ueru deum spiritum sanctu non consitetur. Maledictus, qui unitu nomen secun dum deitate trinitatis elle non contetur. Maledictus, qui couertibilem divinitatem filij dei, id est, uerbum dei, sic in carnem translatu uel mutatu profitetur, ut hoc modo desiuerit aut amiserit, quod iam pridem ante adsumptione hominis fuerit, præsertim cum talis in homine præsenti tepore fuerit, & sit, qualem se semper ante adsumptionem hominis una cu patre fuisse coscius erit, fiat, fiat. Maledictus, qui indiuisam deitatem patris, & filij, & lanchi spiritus no confitetur. Maledictus, qui propter tria nomina personaru tres deos, aut tres substantias, aut tres omnipotetes confitetur. Ma= ledictus, qui secundu singulas personas tria nomina tantu distincta patris, & fili, & sancti spiritus no confitetur. Maledictus, qui unam persona confitetur. Maledictus, qui quem filit dicit, hunc eudem & patrem cofuse designat. Maledictus, qui patrem natum, aut incarnatu, aut passum esse contetur. Maledictus, qui inenarrabiliter filiu uere genitu de substantia patris esse non contetur. Maledicus, qui hanc natiuitatem factam, aut creată, uel conditam esse confitetur. Maledictus, qui uerum filium dei ex uoluntate tantu dicit esse, & non potius de natiuitate. Maledictus, qui dicit, erat tem pus quando non erat filius. Maledictus, qui hanc dei nativitare ex nullis extantibus phantasma este cofitetur, quod Græci & zh ortwy appellant. Maledictus, qui divinitatem fili dei dicit initia habere de tepore, ortum ex nihilo, nomen quali adoptionis accellisse nuper ex altero. Maledictus, qui unu de uno, filium de patre uere natu non contretur. Maledictus, qui impallibiliter filium natu de patre no confitetur. Maledictus, qui dicit, fuit aliquado pater sine filio. Maledictus, qui non confitetur, ante omne omnino principiu, uel initiu femper fuisse filiu cum patre. Maledictus, qui im mortale divinitate fili dei esse non cofitetur. Maledictus, qui de sempiterno filio dei dicit:no erat antequa de Maria nascerer. Maledictus, qui unita deitate patris, & filij, & sancti spus, ex charitate cocordiæ tantu else profitetur, & no magis per hac ipsam unita divinitate. Maledictus, qui unita deitate in tres has personas esse no cositetur. hH 4 Maledi

Maledictus, qui aduersus uigore & censuram diuinæ scripturæ hunc nerti deum spiritū paracletū patrē, aut filiū, uel certe facturā ulurpat debere confiteri. Maledictus, qui filit dei, deum uerum, & hominem uerum de Maria uirgine nuper adsumplisse pro nostra salute no confitetur. Maledictus, qui filium dei hominem tantummodo solitarium, uel purum tantumodo consitetur. Maledictus, qui deum dei filium sempiternum de assumptione hominis nuper hoc principium habere adsignat. Maledictus, qui deitatem eius passam esse costtetur. Maledictus, qui incoparabilem deitatem trinitatis proprie ad hominis lineamenta esse confitetur, dum scriptum inveniamus, quia non sit illi similis quisqua deus in colo sursum, nece in terra deorsum. Væ uobis, qui prima fidem baptismi cœlitus institutam irritam facitis, & instrumentalibertatis semel cocessa per iterationem infirmatis. Væ uobis, qui lapsis pœnitentibus ueniam tribuedam esse non creditis. Væ uobis, qui patris & fili, & sancti spiritus us nam personam defenditis, & non tres, secundum ipsa nomina ueritatis. Væuobis. qui filium dei de Maria uirgine nihil adsumpsisse creditis. Væ uobis, qui filium dei mediatorem dei & hominu non confitemini: Fiat, fiat. Væ uobis, qui falsos Prophetas, aut falfos Apostolos in autoritate accipitis. Væ uobis, qui grauia peccata dimit titis & aduerfus autoritate Apostoloru nuptias secudas damnatis. Væuobis, qui pec catu aut mortem dominu feciffe adscribitis. Væ uobis, qui hunc mundu à semetipso semper coæternű deo suisse adscribitis, ut à deo factu esse negetis. Væ uobis, qui mudum ex aliqua subiaceti materia factum esse defenditis. Væ uobis, qui non per hunc factorem deum patrem, & filium, & fanctum spiritu cuncta quæ in colis sunt & in terra, id est uisibilia & inuisibilia facta esse creditis. IDENTIDEM hic cotradiuersa mortisera uenena dracono & aspidum est nostra cogressio. Si quis confiretur angelum apostaticu in natura qua factus est, non à deo factum fuisse, sed à se esse, ut det illi sempiternu cum deo principiu, anathema illi. Si quis confitetur angelum apo staticum in mala natura à deo factu fuisse, & non dixerit eum à semetipso uoluntate sua malum concepisse, anathema illi. Si quis cofitetur angelum Satanæmundum fecisse, quod absit, & non iudicauerit omne peccatum per ipsum adinuenti suisse, ana thema illi. Si quis cofitetur, quod deus anima hominis tantu fecerit, & satanas ei cor pus plasmauerit, quod ablit, anathema illi. Si quis cofitetur animas hominumin rewolutionem rurfus in mudo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus reuerti, anathema illi. Si quis contetur hominem in anima tantum in diem iudicii refurgere, & non cum corpore, quemadmodum deus illum fecit, anathema illi. Si quis conficerur filiti dei quali phantasma, sic in homine uisum suisse, anathema illi. Si quis conficetur uerum homine, quem adfumplit, no uere manducasse, aut bibisse, autla chrymatum fuille, & fanguinem fudalle, & passum fuille, & resurrexisse, & in colis ad dextera patris cofedifie, anathema illi. Si quis confitetur filiu dei, sicut aqua per sistulam, sic per corpus Mariæ transitu fecisse, ut nihil de ea adsumpsisse affirmet, anathemaill. Si quis contetur animas hominu de propria substatia dei esse, quod absit, ut nec laclas cas à deo affirmet, et quod substantia sua facere quis pot, anathemailli. Si quis contet animas hominu semper cu deo fuisse, ut eternas eas adsignet, & necta chas, nec fieri eas posse dicat, du scriptu sit: Qui fecit quod est à foris, fecit & id quod est intus, anathema illi. Si quis nout & uetus testamenti blasphemat, anathema illi. Si quis sanctos Parriarchas, aut Prophetas, aut Apostolos, aut martyres blasphemat, anathema illi. Si quis solem aut lunam, uel huiusmodi factură adorat, anathema illi. Si quis præter unu deum ueru, id est, patre, & filium, & san Au spiritum, alteru deum, dum no sit omnino alter deus, adorandum crediderit, anathema illi. Si quis de inuita immutabilice plenitudine sempiternæ divinitatis dicit:mutabilis & convertibilis eft natura filij, ut hoc modo desierit esse, quod iam pridem suerat, anathema illi. Dum di citur mihi, quod multifarie à patrib.in cospicabili materia uisus fuerit, ignoras in pre figuratione operis adsumpti hominis, siue futuri iudicii hæc cucta in eo præostensa fuisse, & no sane inuisibilis pura deitas, sicut cautu est: hæc omnia in figura tacta lunt nostri: sin uerò, respode mihi, quia in angelo uisus est, nuquid divinitas eius proprie angelica est: Aut quia in certamine colluctatis sicut homo palpatus, uel uisus est, nuquid natura dei quali natura hominis palpabilis aut uisibilis est? Aut quia in rubo ut ignis uisus est, nuquid substantia eius talis est? Aut quia frequeter in uarijs speciebus uisus est, nunquid sic & diuersas, permixtas, siue concretas naturas in semetipso conti net? dum unita deitas indiscreta sit, inuisibilis est eius maiestas. Itaq intellige cui in angelo uisus est, nuncius patris præostensus est. Siue in homine, quia in Maria uirgine nuper natus est, uel in igne uticp, quia iudicium ex eo suturu est, dum scriptu sit, quia magni consilij angelus sit. Et in homine mediator Emanuel natus sit, & in igne, quasi costator auri & argenti, ut cordiu iustoru probator sit. Quanquam & in his speciebus adsumptis quomodo uoluit, uisus sit, tamen in deitate idem ipse inuisibilis est, qualis semper apud patrem suit & est. Proculdubio hæc cuncta tunc deus in sigura hominis operabatur, quia opus suturi in eo iam præostendebatur, quod ipse absoluit dices: Si mihi no creditis, uel operibus credite, quia ego in patre & pater in me est. Nonne mirabilia deus præsens operabatur, & opera sua per hominem sacta agnoscebantur?

D ATHANASII ALEXANDRINI EPI

scopi, de professione regulae catholicae cum increpatione Hæreticæ, ad Theophilum, lib. vii.



ROPTER quod impélissime obsecro tuam sublimitatis gloria, ut elonges à sensibus nostris hæc eradicanda atque coburêda semi na zizanie, & quantum distat oriens ab occasu, tantum recedat à cordibus nostris hæc in superiori libro præscripta à nobis adulte rina hereticoru confessio. Vnde puto hic iam nulla ignoratie su isse derelictam excusatione inter usa lucis, & usam tenebraru. Er go ubi ubi placet quisquis es proficiscere. Sane no sumus æmult in sacramento diuino celando, sed magis hortamur, ut in usa be-

nedictionis uniter ingredictes inueniamur. Vnde prius nobis maxima cura fuit doce di de tam admirabili regalico decreto, in quo omnibus gentibus præmiū uitæ æternæ promittitur, dicete domino: Euntes baptizate omnes getes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vere ego in hoc satis admiror, & in stupore mentis diutius intentus collaudo tanta facratissime trinitatis gloria in duodecim penitus uerbis distinctionu breuiter fuisse expositam. Vere in hoc edicto unitum deitatis nomen patris & filij, & spiritus sancti ante premissum est. Vere in hoc sacratissima trinitatis nomina in perso nis tantum distincta sunt. Vere neclex, nec Prophetæ tam absolute hoc arcanum my sterium reuelauerunt. Vere super omnem custodienda divinitus dispositionem hoc maxime custodiendum est. Vere super hoc non est quod addi, & ab hoc no est quod minui. Vere in hoc donum baptismi præceptum addere uel minuere blasphemű est. HAER. Si hæcsicsehabent, ut de regula scripturarum mihi declares impensissimé obsecro. ATH. Scito prius in hac scripture sententia argumentu fidei esse expositum, cum increpatione nocturni superseminatis zizania. O plena præstigijs obsessa mens Hereticora à diabolo: quur in nomine patris, & filij, & fancti spiritus baptizas, & uni tam deitate blasphemas: Cur nomina tantu patris, & fili, & spiritus cositeris, & unita tis nome abnegas? Quur indicatur unitas, si in patre, & filio, & sancto spiritu non est una atcz eade ipfa æqualis plenitudo divinitatis! Quur ad nostrū intellectū pater significat de unigenito filio fuo: ex utero ante luciferu genui te, fi uos eum factura effe teltamini, Quur unus in uno est, si divisa natura est : Quur ego & pater unu sumus, si non elt in his una uirtus sapietiæ & diuinitatis. Quur omnia mea tua sunt, & tua mea funt, li non elt in his una deitas, siue una operatio facturæ? Quur uerum patrem blasphematis, cum filium eius uerū creaturæ suæ comparatis: Quur ipse clamat: Ego in patre, & pater in me, li diuerla uel excisa in his natura est? Quur qui me uidit, uidit & patrem meum, indicat, si non est in his una invisibilis imago naturæ veritatis ? Quur legitis: Seruate unitate spiritus in uinculo pacis, si eu de ipsa unita deitate patris, et fili este non accipitis? Quur legitis uas electionis dixisse: Omnes unu spiritu potauimus, lieum uos de unita uera natura discernitis? Cur hic aduocatus spiritus ueritatis à deo

patre processit & uenit, si uos eŭ in alia substantia esse asseritis. Cur hoc unitu nomen divinitatis celebrari, & honorificari invenitur in getibus, si in ipso nomine trinitatis baptismum uniter non celebratur divinitatis: Cur, Tres unu sunt, Ioannem Euangeli stam dixisse legitis, si diversas naturas in personis esse accipitis : Cur unum donubaptismi secundum stylum scripturæ esse dicitis, si discrepantes naturas in patre, & silio, & sancto spiritu esse præscribitis: Cur secudum traditionem baptismu celebratis, & in confessione unitu sempiternu nome trinitatis blasphematis: Hypocrita, quomodo accipitis: & spiritu qui nascetur, spiritus est, si & spiritus paracletus deus essenegatur. Hypocrite, quomodo in spiritu adorare oportet, si deus spiritus esse negatur. Hy pocrite, quo nam modo suscipitis: Hæc omnia operatur unus atquidem spiritus, diuidens unicuig sicut uult, si eu de unita deitatis operatione secernitis: Hypocrite, quomodo accipitis dictu fuisse: Idem spiritus, ide dominus, idem & deus, si eu uos uerum deum de uera unita natura in omnibus mirabilia operante no suscipitis: Hypocrita, per quem subministratur sermo sapientiæ, siue uerbum scientiæ, siue sides, siue gratia fanitatum, seu operatio uirtutum, seu prophetia, seu separatio spirituu, nili quoniade unita plenitudine est: Hypocrite, discite unam esse operatione patris, & filij, & sancti spiritus, dum opera que operatur pater, ipsa opera uniter demostrentur esse & filij, sic & sanctispiritus. Ita & filius quod operatur, hæcipsa opera reparantur ad patrem, ad principale spiritu, hecipsa opera uniter declaretur esse & patris, & filij. Vides unitam esse eorunde operationem in una natura deitatis? HAER. Rogo, ut hec dicta de auto ritate adhuc scripturaru mihi edisseras. A T H. Quæso iam quoties tibi indicatum est: Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & fili, & fancti spiritus: Aut si hac con tradicenda existimas, eò quod in unum don un baptismi operationes nomine deitatis uniter in trinitate no contineatur, cur tu hoc nomine deitatis sublato, patris, & fili, & fancti spiritus, baptizas dicedo: Baptizo te in patre, & in filio, & sancto spiritu, & no in uno nomine: Vthoc modo artificiose possis unitu nome eoru tacite in deitate no nominare, uel abnegare, sed & nomina in personis tantúmodo eorú uelis adlignare: Quia si sicerat celebrandu baptisma, obtinuerat Arianoru adsertio, qui sic sentiut, ut ubi nomina in personis indicant, ibi simul in ipsis nominibus, & singulas uel diuerlas substantias esse pronuntiet, ut unitate in concordia tantu charitatis esse adsignent, & no potius in unita plenitudine divinitatis. Et quid amplius ad hæce ut unitatis dei pa tris nomen & fili, & fancti spiritus, quali adoptiuum nuper accessisse profiteantur, ut hoc nomen uideatur esse ex nihilo, aut ex altero, uel de tépore: quod absit. Namueru nomen deitatis ubi nominat, ad unam tantumodo persona patris hac dicedo adscribunt, ut uera unitate divinitatis dividat, qui ubi nomina potius in personis deberent discernere, ibi simul cum ipsis nominibus & tres naturas diversas distinguunt: quod absit à nobis, ne ista blasphemia admittamus, cu unu nome deitatis in trinitate uniter dictu accipiamus, per quod & remissa peccatoru baptismo operante in nos sulcipimus, nomina uero tantumodo in personis perfecte distinguamus. Rogo, ubi uinculu fidei inuenitur apud eos, si substătiæ unitatis nome in trinitate no tenet: Rogo, que admodu singulis personis in singulas uel diversas plenitudines esse adscribitis, dum unita natura sit in hac ipsa plenitudine diuine trinitatis? Rogo, quo tres unum sunt, li diuersa in utrisq est natura divinitatis? Rogo queadmodu septiforme huncspiritum sapientia, & intellectus, spiritu cosilii, & uirtutis, spiritu scientia, & pietatis, spiritu timoris dni colequi merentur: que de unita plenitudine divinitatis consistere non con tentur: Rogo, no legistis Apostolum Petru claues regni coelorum habente, Anania dixisse, Quare satanas impleuit cor tuñad metiendu spiritui sancto: Et sic prosecutus est: Non es hominibus metitus, sed deo, si uos eum deum uerum esse negatis ? Rogo, si deus non erat, ut dicitis, hic paracletus spiritus, cur sibi tantam autoritatem præsumebat ad discipulos, dicens: Segregate mihi Paulum & Barnabam, quos elegi in opus ministerij, in quo adsumpsi eos: Vides quia deus est qui segregauit, & qui elegit in opus ministerij, in quo & assumpsit eos. Rogo, quemadmodum hæc unita plenitu do divinæ trinitatis à vobis dividitur, cum unus in uno, aut certe unus in utrife consi stere inter se declaretur Rogo, ubi una sides esse ostendir, si sempiterna trinitas apud

eos uniter esse non accipiture Cur legitis, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, si unitatis no men in deitate trinitatis dividitis, & unita & operationem eorum in factura esse nega tis Rogo, non legistis Apostolu dixisse: Ex deo, cora deo, in Christo loquimur, id est, ex deo patre, & coram deo sancto spiritu, in Christo filio dei testimoniù predicamus? Cur legitis historiograph Mosen indicasse, & dixit deus, & fecit deus, & bene dixit deus, si hoc unito nomine divinitatis uniter operatu fuisse no accipitise HAER. Itaq quemadmodu multifarie unitunomen trinitatis mihi palam fecisti: si ergo & omnia uniter sichi fecerut, hæc dicta de autoritate iure confirmes postulo. A TH. Audi nunc unum de multis pertinens exeplum. Memento post hanctanta satisfactione hucuscu erit finis sermo dicentis. Si tame adhuc nihil te comouet de his que superius secudum scripturæ rectissimæ linea ad ordine tibi diligenter exposui, optime THEOPHILE, ut cognoscas horum uerboru, de quibus iam superius eruditus es, ueritate: Ait Psalmographus, imò præsagus spiritus per Psalmographum: Verbo domini cœli sirmati funt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Vtica uerbū filium declarauit, dominū aūt patrem eius indicauit, & spiritum oris eius, spiritum principalem esse demonstrauit. Vides quam breuiter per singulas significationes in personis inesse distinxit, id est, uerbiam & dominű, & spiritum, & unitam operationem in his esse oftendit. Nam site adhucambiguitas tenet, eadem ipsarepeto. Vbi ait: uerbū domini, non sonum uocis in consubstantiuum esse accipias, quem si validus quis emiserit, soletresonare echo: cuius tantu in phantalia auditus est resonantis, sed factum nullius. Sane de hoc uerbo domini nostri patris, qui est salus nostra, sicut ubiq diuinæ scripture testatur, filius dei deus est substătiuus, per quem omnia facta sunt. Ergo quia dixit: Verbo domini cœli firmati funt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum, cognosce hoc uerbū substătiuum non aliûde, quam de patre proprie natum fuisse, sed & spiritu oris eius, eum spiritum dixit, qui de se ipsa unita substantia processit, sicut cautum inuenimus. Non exalia natura, quam de ipla, ac per hoc unita est patris, filij, ac fancti spiritus substătia, quam Græci dicunt óμοούσιογ. Sed & unita est eiusdem trinitatis operatio in factura.

SVCCINCTA DIVINAESCRIPTVRAE

VETERIS AC NOVI INSTRUMENTI, SYNOPSIS, S. AC MAGNI ATHANASII. VVOLFGANGO

MVSCVLO INTERPRETE.

MNIS nostra, qui Christiani sumus, Scriptura, diuinitàs inspirata est. Libros habet non infinitos sed finitos, ac certo canone comprehensos. Et ueteris quidem instrumenti sunt isti:

Genesis, Cuius initum est: In principio fecit deus cœlum & terram. Exodus, Cuius initium est: Hæc sunt nomina filiorum Israel eorum

qui Ægyptum ingressi sunt.

Leuiticus, Cuius principium est: Et uocauit dominus Mosen, & loquutus est illi in tabernaculo testimonis.

Numeri, Cuius initium est: Et locutus est dominus ad Mosen in solitudine Si

na, in tabernaculo testimonij.

Deuteronomium, Cuius initium est: Istisunt sermones, quos loquutus est Moses ad omnem Israelem trans Iordanem, in solitudine ad occasium, prope mare rubrum. Iesus filius Naue, Cuius initium est: Et factum est post mortem serui domini, dixit dominus ad Iesu filium Naue, famulum Mosi, dicens.

Iudices, Cuius initium est: Et factum est post mortem Iesu, & interrogarunt filif Israel in domino dicentes: Quis ascendet dux aduersus Chananæos:

Ruth, Cuius initium est: Et sactū est, cū iudicatent iudices, sacta est sames in terra. Regum, primus & secundus, in unū computantur uolumen, & primi quidem initium est: Et homo erat ex Ramathaim Sipha, de monte Ephraim, & nomen illi Elcana, filius leremeel, filij Heli. Secundi uerò initium est: Et sactum est post mortem Saulis, & Dauid percusso Amalech, reuersus est.

Regum

Regum tertius & quartus, & ipsi pro uno conumerantur uolumine. Et tertij quis dem initium est: Et rex David factus senior, ætate iam grandis erat. Et operuerut eum uestibus, nec tamen calesiebat. Quarti uerò principium est, Et preuaricatus est Moab aduersus Israele, post morte Achab. Paralipomeno, prior & posterior, pro uno libro computantur. Et prioris quidem initiu est, Adam, Seth, Enos, Caina, Malaleel, lared. Enoch, Mathusala, Lamech, Noe. Posterioris uerò, Et confirmatus est Salomo filius Dauidis, in regno suo. Et dos deus ipsius cu ipso, & magnificauit eu ad sublime usq.

Esdras. Prior & posterior, uno comprehenduntur uolumine. Et prioris quidem 35. caput po initium est: Et obtulit losias pascha in Hierusale domino suo, quartadecima diemenperioris Pa= sis primi:posterioris uerò, Et in primo anno Cyri regis Persarum, utadimplereturser ralipomeno. mo, qui ab ore Hieremiæ processerat, excitauit dominus spiritu Cyri regis Persarum.

Pfalterium Dauidicum, habens Pfalmos cli, cuius initium est: Beatus uir quinon

ambulauit in confilio impiorum.

Parabolæ Salomonis, quarum principium est: Parabolæ Salomonis filij Dauidis, qui regnauit in Ifrael, ad cognoscendam sapientiam & disciplinam.

Ecclesiastes eiusdem, Cuius initum est: Verba Ecclesiastæ filij Dauidis, regis Israel

in Hierusalem. Vanitas uanitatum & omnia uanitas.

Canticum Canticorum, eiusdem, cuius principium est: Canticum Canticorum Salomonis. Osculetur me osculo oris sui. Quia meliora sunt ubera tua uino.

lob. Cuius principium est: Homo quidam erat in regione Ausitide nomine lob.

Et erat homo ille uerax, inculpatus & pius.

Duodecim Prophetæ, Vno volumine comprehensi. Sunt autë isti: Osee primus. Cuius initium est: Sermo domini, qui factus est ad Osee filium Beeri, in diebus Oziæ & loatham & Acham, & Ezechiæ regum luda, & in diebus leroboam filij loas regis Ifrael. Principium fermonum domini in Ofee.

Deinde Amos. Cuius principium est: Sermones Amos, qui facti sunt in Accarim, ex Thecua, quos uidit super Hierusalem, in diebus Oziæregis luda, & in diebus

Ieroboam filij loas regis Ifrael, biennio ante terræmotum.

Michæas. Cuius principium est: Et factus est sermo domini ad Michæam Morathitem, in diebus Ioatham & Acham & Ezechiæ regum luda, quem uidit luper Samariam & Hierusalem.

Ioel. Cuius initium est: Sermo domini, qui factus est ad Ioelem filium Bathuel.

Audite hæc omnia senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ.

Abdias. Cuius principiū est, Visio Abdiæ. Hæc dicit dominus deus ad Idumeam. Ionas. Cuius initium est: Et factus est sermo domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & uade in Niniuem ciuitatem illam magnam.

Naum. Cuius initium est: Assumptio Niniue, liber uisionis Naum Halcesai. Ambacum. Cuius initium est: Assumptio, quam uidit Ambacum Propheta. Sophonias. Cuius initium est: Sermo domini qui factus est ad Sophoniam filium

estreddere af Chusi, silij Godoliæ, silij Amoriæ, silij Ezechiæ, in diebus Iosię silij Amos, regis Iuda. Aggæus. Cuius initium est: In anno secundo Darij regis, mense sexto, die una Hebreis est, menlis, factus est sermo domini, in manu Aggæi prophetæ, dicens.

Zacharias. Cuius initium est: In octavo mense, anno secundo Darij, factus est set

ratreddi,ca mo domini ad Zachariam filium Barachig filij Addo prophetam, dicens.

Malachias. Cuius initium est: Assumptio sermonis domini ad Israelem in manu angeli eius.

Hi sunt duodecim prophete uno uolumine comprehensi, sequuntur reliqui qua-

tuor, quorum cuice proprium adnumeratur uolumen. Et sunt isti:

Esaias. Cuius initium est: Visio quam uidit Esaias filius Amos quam uidit aduersus Iudæam, & aduersus Hierusalem, in regno Oziæ & Ioatham, & Acham, & Ezechiæ, qui regnarunt in ludæa. Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniam dominus loquutus est.

Hieremias. Cuius initium est: Verbum dei, quod factum est ad Hieremiä filium

Chelkiæ. Qui erat ex Sacerdotibus.

THE BALL

Ezechiel

Лиша. Cum Hiero= nymo uisum Sumptionem. onus . Pote= ptura_

Ezechiel, cuius principiũ est: Et factũ est in anno tricesimo, mense quarto, & ego eramin medio captiuitatis ad flume Chobar, & aperti sunt cœli: & uidi uisiones Dei.

Daniel, cuius exordiu est: Et erat uir habitans in Babylone, & nomen illi loakim, & accepit uxore nomine Susannam filiam Chelkiæ, pulchra ualde, ac timetem dnm.

Sunt itac; Canonici ueteris instumenti libri uigintiduo, literis Ebraicis numero pa res. Totidem enim apud Ebræos sunt literaru elementa. Præter istos aute sunt adhuc alij eiusde ueteris instrumenti libri, no canonici, qui catechumenis tantum leguntur. Sapientia Solomonis, cuius exordium est: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Sapientia lesu filij Sirach, cuius initium est: Omnis sapientia à Domino est, & cum

ipso est in seculum.

Esther, cuius initium est: Anno secundo, regnante Artaxerxe Magno, una die mensis Nisan, somnium uidit Mardochæus filius lairi filij Semei, filij Kisæi, ex tribu Beniamin. Iudith, cuius principiũ est: Anno duodecimo regni Nabuchodonosor, qui in Assyria regnauit, in Niniue ciuitate magna, in diebus Arphaxad, qui Medis imperault in Echaranis.

Tobit, cuius exordium est: Liber sermonum Tobit, filij Tobiel, filij Annaniel, filij Aduel, filij Gabael, ex semine Asiel de tribu Nepthalim, qui in captivitate tuit, in

diebus Ennemassari regis Assyriorum.

Isti sunt libri Veteris instrumenti non canonici. Quidam uerò ex ueteribus, apud Ebræos pro canonicis reputari dixerunt, librum Esther, & historiam Ruth, qua cum historijs ludicum uno libro comprehendi: Esther uerò ad aliud quoddam uolumen Canonicum pertinere: atq ita numerum xxij. canonicorum librorum, apud illos compleriuolunt.

Et tot quidem sunt & eiusmodi cum in canone, tum extra canonem Veteris in-

strumenti libri.

Noui uerò, determinati & canonici sunt isti.

Secundu Matthæum: cuius initiu est: Liber generationis lesu Christi, filij Abraha. Secundum Marcum: cuius initium est: Principium Euangelij lesu Christi, filij Dei: sicut scriptum est in Esaia Propheta.

Secundum Lucam: cuius initium est: Quoniam multi conatisunt contexere nar-

rationem de ijs rebus, quæ certissimæ sunt inter nos sidei.

Secundum Ioannem: cuius principium est: In principio eratuerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.

Acta Apostolorum: quorum principium est: Primum quidem sermonem seci de omnibus ô Theophile, quæ cæpit lesus cum facere tum docere.

Catholicæ Epistolæ uariorum Apostolorum, omnes numero septem, uno comprehensæ uolumine.

lacobí una: cuius principium est: lacobus Dei ac domini nostri lesu Christi seruus,

duodecim tribubus, quæ funt in dispersione, Salutem.

Petri duæ: & prioris quidem initium est: Petrus Apostolus Iesu Christi sparsim in-colentibus Pontum, Galatia, Cappadociam, &c. Posterioris uerò: Symeon Petrus & Apostolus lesu Christi, his qui aque preciosam sidem nobiscum sortiti sunt, &c.

Ioannis tres, & primæ quidem initium est: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod oculis nostris uidimus, &c. Secundæ uerò: Senior electæ Dominæ, & filijs ipsius, quos ego diligo in ueritate. Tertiæ: Senior Gaio dilecto, que ego diligo, &c. Iudæ una: cuius initium est: Iudas Iesu Christiseruus, frater uero Iacobi, dilectis in

Deo patre, & lesu Christo, seruatis, uo catis, &c.

Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim, in unum redactæ uolumen.

Prima ad Romanos: cuius principium est: Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apo

stolus, segregatus in Euangelium Dei.

Ad Corinthios due: prioris initium est: Paulus uocatus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei. Posterioris principium est: Paulus Apostolus Iesu Christi, per uo luntatem dei, & Timotheus frater, Ecclesia Dei qua est in Corintho.

Quarta ad Galatas: cuius principium est: Paulus Apostolus non ab hominibus,

neg per homines.

Quinta ad Ephelios: cuius initium est: Paulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, sanctis qui sunt Epheli, & sidelibus in Christo Iesu.

Sexta ad Philippenses: cuius exordium est: Paulus & Timotheus serui lesu Chri-

sti, omnibus sanctis qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconis.

Septima ad Colossenses: cuius exordium est: Paulus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis ac sidelibus fratribus in Christo.

Octaua, prior ad Thessalon. cuius initium est: Paulus & Siluanus & Timotheus, Ecclesia Thessalonicensium, in Deo patre, & domino lesu Christo.

Nona, posterior ad Thessalon. cuius initiü est: Paulus & Siluanus & Timotheus,

Ecclesia Thessalonicensium,&c.

Decima ad Hebræos: cuius exordiu est: Multifaria & multis modis, olim Deus loquutus patrib. per Prophetas, nouissime extremis diebus loquutus est nobis in filio.

Vndecima ad Timotheum prior: cuius initium est: Paulus Apostolus Iesu Christi, secundum præceptum Dei seruatoris nostri, & Iesu Christi, qui est spes nostra: Timo theo germano silio in side.

Duodecima ad Timotheum posterior: cuius principium est: Paulus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei, iuxta promissionem uita, eius que est in Christo Ie-

fu, Timotheo dilecto filio.

Tertiadecima ad Titum, cuius initium est: Paulus seruus Dei, Apostolus uerò le su Christi, secundum sidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis, eius qua est secundum pietatem, in spe uita aterna.

Quartadecima ad Philemonem: cuius exordium est: Paulus uinctus lesu Christi,

& Timotheus frater, Philemoni dilecto & cooperario nostro.

Est præterea & Apocalypsis Ioannis Theologi, à Priscis sanctis, & spiritu Dei imbutis patribus, uelut quæ illius sit, accepta & approbata: cuius principium est: Apoca lypsis Iesu Christi quam dedit illi Deus, ut ostendat seruis suis quæ oporteat sieri citò,

& significauit per angelum suum, quem misit seruo suo Ioanni.

Hisunt & tot Noui instrumenti libri, Canonici, & sidei nostre ueluti primitie quedam, uel certe ancoræ, & sustentacula, utpote, ab ipsis Apostolis Christi, qui & cum illo conuersati, & ab eo instructi sunt, conscripti & expositi. Quanquam postea ad istorum normam & consonantiam, & alis innumeri sunt à magnis, sapientissimis, & divino spiritu repletis patribus, temporum successu, ad premissorum testimonium & illustrationem elaborati, de quibus nunc nobis no est sermo, cum sint admodumulti & insiniti, simulés omnes eiusdem normæ à veteribus dependentes, illosés & exponentes & declarantes. In istis itaq, sicut dictum est, comprehensi sunt omnes cum Veteris tum Noui instrumenti libri quos modice, quod ad numerum attinet, iam perstrinximus: deinceps verò divisim nobis resumendi sunt, & sulius, à quibus singuli conscripti sunt, & unde quisse habeat, quod sortitus est nomen, quides inse contineat, summatim & compendiose, iuxta promissum ordinem, singulis ex nomine descriptis, exponendum est.

Liber primus, Genesis.

Iber hic generationis, Moss est, qui ea quæ in illo continentur ex iussu Domini loquutus est & scripsit: uocatur autem hoc nomine, propterea quod & universorum, cæsi pariter ac terræ hominumés, & omnium eorum quæ uisuntur generationem, & ipsam paradisi consitionem complectitur. Exponit autem quomodo primo die facta sit lux: altero sirmamentum, quod Deus cæsi uocauit: tertio quomodo con gregatæ sunt aquæ, uisaé arida, & collectiones aquarí uocatæ maria, arida uerò terra, terraés germinauerat herbam sæni, & omne lignum: quarto, quomodo processerit sol & luna, & uniuersus astrorii chorus: quinto, quomodo sacta sit, uolucrii, piscii, & cetorum, quæ in aquis agunt generatio: sexto, quomodo sacta sint quadrupeda, & bestiæ, & serpentes, & sumenta, homo és ad imaginem & similitudinem Dei sormatus: septimo uerò, quomodo Deus ab operibus suis requieuerit, diese septimo benedixerit.

dixerit. Deinde & hoclibro commemoratur transgreffio Adæ, illiusch e paradiso eiectio. Abelis per fratrem Cain facta cædes, translatio Enoch, fabricatio arcæ, diluuium temporibus Noefactum, structura turris, diuisio linguarum, dispersio nationum, & egressus Abrahæ ex Chaldæa. Continet autem hicliber, & Sodomorum sub uersionem, & legem de circuncisione latam, & iusiurandum promissionis Dei Abra hæfacte, & generationem Isac, & Iacob, & qui ex illo sunt Patriarcharum, & quod Abraham uixerit annos centum octoginta: Ismahel uerò ex Agar annos natus 137. Et Ebreaco mortuus lit: præterea quomodo loseph à fratribus lit uenditus in Ægyptum, calum- Graca ha= niamos à domina sua passus, & in carcerem coniectus, actandem totius Agypti prin bent 175. ceps constitutus. Isti subiungitur descensus lacob in Ægyptum cum filijs suis ac domesticis, numero 75. & quomodo illic constitutus, benedictionem & patriarchis silns suis impartitus, mortuus sit annos natus 147. corpus q illius translatum ac sepultum in Chanaan, Et quomodo loseph post famem Ægyptiannos uixerit 76. mortuus & sit anno ætatis suæ 110. posteaquam de ossibus suis mandauerat, ut & ipsain monumentum patrum transferrentur.

Liber secundus, Exodus.

Thunc Exodilibrum, Moses, de quo iam meminimus conscripsit. Vocatur autem hoc nomine: propreres grad Exadem (1) tem hocnomine: propterea quod Exodum filiorum Ifrael ex Ægypto continet, è qua illi post promissionem Abrahæ factam anno quadringentesimo tricesimo, post incolatum uerò illius ducentesimo quintodecimo, (tot enim annos in illa exularunt) & post decem plagas Pharaoni illatas, egressi sunt. Nam decem hasce plagas contra illum Dominus induxit. Primam, qua fluminis undam mutauit in sanguinem. Alteram, qua ranas in tota Ægypto produxit. Tertiam qua cynifes. Quarge Aegypti. tam, qua muscam caninam. Quintam, qua mortem iumentorum. Sextam, qua ulcera turgentia et urentia hominibus & iumentis immisit. Septimam, qua grandinem & ignem flammantem deiecit. Octavam, qua locustam. Nonam, qua triduanas univerlæ Ægypto tenebras, dempta tellure filiorum Ifrael, intulit. Decimam, qua omnes Ægypti primogenitos ab homine, usq ad iumenta occidit. Deinde commemoratur, quomodo egressum populum persequutus sit Pharao, & Israel quidem sicco pede mare rubrum hac atquillac divisum transferit : Ægyptij verò populum insectati cum Pharaone suo in ipso mari submersi sint. Comprehenditur & hoclibro, quomodo lannes ac lambres Ægyptiorum magi principiò quidem Mosi restiterint, tandem uerò pudefacti discesserint: præterea ponitur & paschatis sanctio, aquæ acerbitas in dulcedinem mutata, coturnicum data copia, è cœlo suppeditatum mana, è petra redditus undæliquor, quam & tentationis & iurgij petram Moses appellauit. Tunc & Sabbathi observantia initium sumpsit, & legislatio divinitus in monte Sina per Mosen in duabus tabulis lapideis facta est. Et de tabernaculo decp indumento, cum summi Pontificis, tum reliquorum sacerdotum parando in hoc libro imperatur, ubi artifices declarantur, per quos omnia fiant. Beseleel ex tribu luda, & Liab ex tribu Dan. Operum uerò sumptus sunt, auri talenta uigintisnouem, & sicli septingenti, argenti viero talenta centum, æris autem septuaginta, & sicli quingenti. Continet hic liber & transgressionem populi, qua uitulum sub monte conslauit, & quomodo Amalec per extensionem manuum Mosis percussus sit, cum reliquis placitis & iustificationibus Dei, præsertim decem præceptis geminæ tabulæ inscriptis, quorum primum est:

Ego sum dominus Deus tuus. Alterum, non facies tibipfis simulacrum, necpul- Decempres Iam similitudinem. Tertium, non usurpabis nomen Domini Dei tui in uanum, cepta.

Quartum, recordare diei Sabbathorum. Quintum, honora patrem tuum, acma trem tuam. Sextum, non occides. Septimum, non mœchaberis. Octauű, non furaberis. Nonum, non dices contra proximum tuum falsum testimonium. Decimum, non concupifces uxorem proximitui, nece quicquam eorum quæ funt proximi tui. Tabernaculum uerò anno secundo post egressum Ægypti neomenia primi mensis perfectumest & collocatum. Et in istis terminatur Exodiliber. il Liber

Liber III.

Leuiticus.

Thicliber Leuiticus à Mose conscriptus est. Id autem nominis ob eam caufam accepit, quod peculiariter universam Leuitici muneris dispositionem continet, & quo pacto ex tribu Leui ad Sacerdotium electifint & unchi Aaron &fi-In illius, & quicquid discriminis est inter sacrificia & oblationes, & qualis sit universus tabernaculi cultus, qualis item sit Leuitici ac Sacerdotalis muneris sunctio. Deinde & cuiusque sacrificij legem exponit, cum eius quod salutis gratia, tum quod pro delicto, siue spontaneo, seu involuntario sit offerendum, & quomodo singula dividenda sint & offerenda. Comprehensa simul hoc volumine est summi, quog Sacerdotis & aliorum unctio. Ad hæc, & dijudicatio & cognitio iudiciorum, quibus tam hominum quam indumentorum, ædium & parietum lepra deprehendi possit, & qui sint repurgandorum ritus, præterea quæ sit lex ac distinctio connubiorum legitimorum, & quæ pro illegitimis sint habenda. Item quid discriminis sir, inter mundas & immundas bestias, uolucres, ac pisces quoque, uidelicet quod quibusdam ex istis uesci possint Ebræi, à quibusdam uerò abstinere debeant. Declaratetiam hoc wolumen quis sit tubarum dies, in neomenia mensis septimi, & magni iciuni præceptum ponit, quod eodem septimo mense, decima mensis custodiendum sit, quam Sabbatum Sabbatorum, & peccati remissionem uocat. Deinde & festum Tabernaculorum, decima quinta mensis eiusdem celebrandum ponit, & de festis, & quæ in illis offerenda sint præcipit, item de manumittendis Ebræis, qui in seruitutem uenundati erant, de debitorum remissione, de quiete septimo quoq anno telluri permittenda. Adhæc& delegalibus præceptis actestimonijs admonet, simulé servantibus illa bona pollicetur, transgredientibus verò gravissima malaminatur. Inter cibos uerò mundos & immundos ad hunc modum discernit. In iumentis istiusmodi munda esse dicit: uidelicet, quæ ungulam diuidant, & geminas ungulas habeant, ac ruminationem regerant. Qualia sunt uitulus, ouis, capra, ceruus, caprea, oryx, bubalus, pygargus, tragelaphus, camelopardalis, & qua alia sunthuiusmodi. Si uerò cuipiam horum aliquid defuerit, pro immundo habendum decernit, ut sunt, camelus, lepus, & choerogryllius. Nam ista animantia ruminant quidem, ungulam uero non findunt, & sus quoq. Etenim & ipse quidem ungulashabet ac dividit, sed non ruminat. De volatilibus verò quæ edi vetat, hæc sunt: aquila, gryphes, aliaætus, uultur, miluus, & quæistis sunt similia, & coruus, & quæilli similia, & passer, & noctua, & larus, & quæ alia sunt huiusmodi, & accipiter, & que illi consimilia sunt, & nycticorax & cataractes, & ibis, & porphyrio, & pelicanus, & cycnus, & erodius, & charadrius, cum similibus alijs, & upupa, & uespertilio. De uolatilibus repentibus, quæ quatuor pedibus ingrediuntur, omnia dicit effe immunda. Qua uerò crura pedibus sublimiora habent, ita ut illis de telluris superficiesaliant, qualia sunt, bruchus, attago, locusta, lacerta, & quæ his sunt similia, edenda dicit. În aquis uerò, siue in mari, siue in fluminibus, ac torrentibus nata, munda habenda, quæcunq pennulas & squamas habent, utpote trigla, scarus, glaucus, cestreus, & quæ his sunt similia. Quæ uerò alterutris istarum carent, immunda nec edenda esse dicit, uidelicet, sepia, quæ pennulas quidem habet, squamas uero non habet.

Ex illis autem quæ supra tellurem repunt, immunda esse definit ista, mustelam, crocodilum terrestrem, murem, chamæleonta, selem, sauram, & talpam. Deserpentibus & quæ illis similia sunt, supersluum erat admonere. Hoc nanque bestiarum genus manisestò dicit omnibus abominandum ac detestandum. Quanquamin Deuteronomio illorum meminit.

Liber IIII. Numeri.

E lusdem Moss est, & hic Numerorum liber. Vocatur autem hoc nomine, propterea quod in se totius populi numerum complectitur, recensita iussu Domini, unaquaci ludæorum tribu. Numeratus est uerò populus à uicesimo anno, & supra,

supra, quisquir bello aptus, absque tribu Leui. Illa nanque separatim numerata est. Et inuentus est numerus eorum qui recensiti sunt, sexcenta milia, tria millia quingenti, & quinquaginta. Qui uerò populum numerauerunt, erant Moses & Aaron, & cum illis cuiusque tribus princeps. Et nomina principum erant ista, & hic illorum numerus.

De tribu Ruben, Elisur filius Sediur, quorum numerus erat quadraginta sex Ruben millia & quingenti. Detribu Symeon Salamiel, filius Surisadæ, quorum numerus erat quinquagin- Symeon

ta nouem millia trecenti.

Detribu Isachar Nathanael filius Sogar, quorum numerus erat quinquaginta Exemplar ha

quatuor millia quadringenti. Detribu Zabulon, Eliab filius Xelon, quorum numerus erat quinquaginta fe-

ptem millia quadringenti. De filijs loseph, de tribu Ephraim, Elisanna filius Emiud, quorum numerus erat 57400

quadraginta millia quingenti. De filijs Manasse, Gamaliel, filius Phadasur, quorum numerus erat trigintaduo

millia ducenti. De filijs Beniamin, Abida filius Gedeon, quorum numerus erat trigintaquinc 32200

millia quadringenti.

De filijs Dan, Achiezer filius Amisadæ, quorum numerus erat sexaginta duo 35400 Dan 62500 millia quingenti.

De tribu Afer, Phageel filius Echran, quorum numerus erat quadraginta millia, Afer 41500 mille quingenti.

De filis Gad, Elisaph filius Raguel, quorum numerus erat quadraginta quinc Gad 45650

millia sexcenti quinquaginta. Defilijs Nephthalim, Achire filius Aenan, quorum numerus erat quinquagin- Nephthalim ta tria millia quadringenti.

De tribu luda, Naason filius Aminadab, quorum numerus erat, septuaginta qua Iudah 74600 tuor millia fexcenti.

Iste est populi bellici numerus, sexcenta tria millia, quingenti quinquaginta. Tribum uerò Leui Moses & Aaron, secundum uocem Domini separatim soli re- Leui 22000

censuerunt, à mense uno & supra, & erat numerus illorum uinginti duo millia. Etmasculos primogenitos, in omnibus alijs tribubus, solus Moses numerauit, Primogeniti & inventus est illorum numerus, uiginti duo millia ducenti septuaginta tres. Ho- omnium tri rum loco deputati funt Deo Leuitæ. Totidem enim & illi erant, & iuffi funt & isti buum 22273 sanctificari per Mosen & per Aaronem, postea loco populi ad operandum opera Domini, & portandum uafa tabernaculi, serviendum pipsi Aaroni & filijs eius deputari. Comprehenditur autem hoc libro & dispositio, iuxta quam populus profi= cisci iubebatur, & tabernaculi structura, & præceptum de tubis quibus conuocabatur populus. Deinde & dedicatio altaris, & quomodo tabernaculu unxerit, iplumqu & quæcunq in illo erant san dificauerit: deniq quo ordine offerendum suerit in dedicatione altaris, & quis terminus ministrandi Leuitis, quod ab anno uicesimo quin to principium illis ministrandi, quinquagesimo uerò finis fuerit, sed ita ut postea tabernaculi tantum custodia gererent. Scriptum est, & de aqua deprehensionis & ma ledictionis, de lege uotariorum, quomodo uino abstinere, nec caput tondere debeant. Item, quomodo murmuranti propter carnis penuriam populo coturnices Deus, deinde & sitienti iterum imuranti, aquam ex petra dederit, quam Moses aquam contradictionis uocauit. Misit & exploratores, ex unaquag tribu unum, inter quos erant lesus Naue & Chaleb Iephone. Hic & Synagoga Core contra Mosen insurrexit, uiuich tellure cum Dathan & Abiron absorpti sunt: & Maria soror Aaronis lepra percusta est: uirga f Aaronis germinauit. Postea mortuus est Aaron in monte Hor, cui successit Eleazar filius eius. Hoc libro & historia Balaam & asinæ iplius humana uoce loquutæ describitur, & quomodo Rex quidem Moabita-

bet 74600 Ifachar

Ephraim

40500 Manaffe

Beniamin

rum, Balac, confusus populus uerò ex consilio Balaam impuratus sit: Phinees autem mulierem Madianitem cum Zambre Israelita, è tribu Symeon propter scortationes confoderit, atch ea ratione iram Dei sedarit. Ad hæc posteaquam contra Deum & Mosen loquutus esset populus, serpentum morsibus perijt, contra quos tandem, ubiad Deum clamassent, serpentem æneum sieri iussit Deus ac suspendi, quo uiso uiuerent, qui à serpentibus essent percussi. Præcipit etiam hoe libro Deus Mosi & E. leazaro Sacerdoti, denuo recensere populum, à uigesimo anno & suprà, cuius tum inuentus est numerus, sexcenta millia, mille septingenti triginta. Et Leuitæ quoq iterum separatim numerati sunt, & inuentus est illorum numerus uiginti tria millia. Recensiti sunt autem in Araboth Moab, ad Iordanem contra lericho. In istis autem nemo eorum erat, qui antea numerati fuerant. Mortui quippe erant, demptis Chaleb & Iesu Naue. Complexus est hoc quoq uolumine Moses, profectiones & mansiones Israelis, quibus ex Ægypto profecti subinde quieuerant. Et sunt ista: E Ramessa Ægypti primo mense post celebratum Pascha, prosecti uenerunt in Sochoth. De Sochoth in Buthan, de Buthan in Beelsephon, contra Magdolon. De Beelsephon per mare translerunt. De mari in Marath, de Marath ad Elim, ubi erant palmæ. De Elim in desertum † Sur. E deserto Sur in Raphaca. De Raphaca in Elim. habet rug. De Elim in Raphidim. De Raphidim in solitudinem Sina. De Sina ad sepulchra concupiscentiæ. De sepulchris concupiscentiæ in Asiroth. De Asiroth, in Rathama. De Rathama in Remmon Phares. De Remmon Phares in Lemona. De Lemona in Dessan. De Dessan in Macellath. De Macellath in Saphar. De Saphar in Charadath. De Caradath in Macloth. De Macloth in Cataath. De Cataath in Tarath. De Tarath in Matteca. De Matteca ad Selmona. De Selmone in Masuroth. De Masuroth in Banza. De Banza ad montem Gadgad. De monte Gadgad in Etabatha. De Etabatha in Sebrona. De Sebrona in Geliongaber. De Geliongaber in solitudinem Sin. E solitudine Sin in solitudinem Pharan, quæ est Cades. Ibi mortua est Mors Adronis. Miriam. E Cades ad montem Hor, prope Edom, quo confcenso Aaron iussu Domini mortuus est, anno egressionis filiorum Israel quadragesimo, mense quinto, prima mensis, cum uixisset annos centum uiginti tres. De monte Hor ad Selmona. De Selmone in Phino. De Phino in Soboth. De Soboth in Gæ, in Peran ad montana Moab. De Gæin Dæbongad. A Dæbongad ad Gelmondeblathem. De Gelmondeblathem, ad montes Abarim è regione Abau. De montibus Abarim, ad Dysmas Moab, inde ad lordanem iuxta lericho ubi castrametati sunt. Mansiones ista sunt quadraginta tres. Hicuerò tandem trans Iordanem fusis ac deuictis Gentibus, Moses, ac Seon Rege Amorræorum, & Og Rege Basan, qui ex Gigantibus erat, easregiones Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse dari præcepit, disposuito, ut Leuitis filif Israel, de possessionis suæ sortibus darent, ciuitates ad habitandum,& ciuitatum suburbia : deinde & ciuitates resugii tres, trans Iordanem, & tres in terra Canaan, quæ ad hoc politæ ellent, ut ad eas fugeret, si quispiam hominem contraanimi sui sententiam occidisset, ne præcipitanter ab occisi cognato deprehensus interimeretur, donec iudicio coram Ecclesia sisti posset. lubentur hoc libro & simbrias in pallis facere, & fimbrijs adnectere uittas hyacinthinas, ut illis conspectis mandatorum Dei admoneantur. Accipiunt & filiæ Salpaad sortem patris ipsarum, & illarum occasione mandatum Domini datur, & lex ponitur, qua pro legitimis decernuntur cum consobrinis inita coniugia. Moses uerò terram promissionis uidit de monte Abirim, hoc est, Abau, audiuito à Deo, quod illam ingressurus non esset, propter exacerbationem ad aquam contradictionis factam. Mortuus est autem Aaron annorum centum uiginti trium, anno post exitum Ægypti quadragesimo, mense quinto. Qui ad considerandam terram missi sunt quisque de sua tribu, iuxta mandatum Domini desumpti sunt. Horum nomina sunt ista: De tribu Ruben, Sa

lamiel filius Zachur. De tribu Symeon, Saphut filius Suri. De tribu Iudah, Cha leb filius Iephone. De tribu Ifachar, Ilaal filius Ioseph. De tribu Ephraim, Nau-

Detribu Zabulon,

Gudiel

ses filius Naue. De tribu Beniamin, Phaltim filius Raphu.

Confobrino, rum coniugia.

Exploratores.

Gudiel filius Sudi. De tribu Dan, Amies filius Gamæ. De tribu Aler, Sathur filius Michael. De tribu Nephthalim, Nabi filius Nabi. De tribu Gad, Gadduliel filius Machi: locus uerò unde missi sunt, est Pharan & Cades Barne. Tunc Nause sia lium Naue Moses lesum nominauit. Tempus autem quo missi sunt, erat ueris medium, in quo iam præmaturi botri erant, & dies quibus terram considerarunt, suerunt quadraginta.

Liber v. Deuteronomium. Thunclibrum Moses conscripsit, & quæ in illo sunt, loquutus est. autem hocnomine, quod post acceptam in tabulis scriptam legem, ueluti se cundam legem hosce libri præsentis sermones ex præcepto Domini, Moses Israeli loquutus est. Nam posteaquam Moses quæ hoc libro continentur loquutus est, ad hune modum in isto Deuteronomio coscripta sunt. Isti sunt sermones sœderis, quos Dominus Mosi præcepit proponere filijs ssrael in terra Moab, præter fædus quod pepigit cum eis in Horeb. Quapropter & tabulæ quidem in Horeb datæ, & in medio arcæ collocatæ sunt: hunc uerò librum Sacerdotibus Moses, arcam portantibus, ad latera arcæin testimonium ponere, & septimo quog anno in die remissionis, quando & festum Tabernaculorum celebrabatur, legere iustit. Ista quidem una est ratio, ob quam hic liber Deuteronomium uocatus est, altera uerò est, quod in ipso quicquid prædictum erat, siue in Exodo, siue in Leuitico, siue in Numeris, omnia legitima, iustificationes & præcepta, repetit & declarat, & populum horum iterum admonet, ut ea custodiat. Resumit etiam exitum populi ex Ægypto, & cuncta illi præstita benesicia, signa quoco & portenta, ne Dei qui illa patrauerat obliuiscerentur. Decernit etiam benedictionem is qui legem custodiunt, maledictionem uerò ijs qui illam transgrediuntur, & benedictionem in monte Garizin promulgari man dat, per Symeon, Leui, Iudah, Isachar, Ioseph & Beniamin: maledictionem uerò in monte Gæbal per Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Nephthalim. Ad recordationem uerò, & iugem exercitationem, prolixam Odam ex iussa Domini conscripsit, ut illam perdiscentes ac meditantes, in memoria Dei persisterent. Postquam ue rò singulis tribubus benedixit, benedictionem fillarum literis mandauit, ac manus suas super lesum Naue, ut sibi secundum mandatum Dei succederet, posuit, montem Abarim, qui est Abau, conscendit, in quillo iubente Domino moritur, annorum cen tum uiginti, cum necdum oculi iplius caligassent, nec facies eius quicquam tabis sen

Liber VI.

fisset. Nemo autem sepulchrum illius uidit, in hodiernum usch diem.

Iesus Naue.

Væ deinceps ad Esdram use sequuntur volumina, no prorsus ab illis sunt con scripta, quorum inscriptiones præferunt, & de quibus tractant. Feruntur autem à Prophetis, qui singulis temporibus uixerunt esse scripta. Distinguendum itaq est inter illorum inscriptiones. Præsens liber inscriptionem habet, lesus Naue: propterea quod ipse lesus Naue Mosi successor populi dux factus est, cuius isto uolumine historia & res gestæ continentur. Commemoratur hic, quomodo lordanis slu uij pars superior ex ipso sonte desluens immota steterit, inferior uerò decurrens exinanita sit, ut populus sicco pede transierit, & quomodo in Gargalis omnes in solitudine natos cultris saxeis circumciderit, nomen loci illius Galgal uocauerit, & quod mox ates populus Iordane transmisso de terræ illius frugibus edisset, manna deinceps desierit, urbis lericho moenia ultrò corruerint, Raab meretrix propter hospitio susceptos & occultatos exploratores servata sit, sol in supremo coeli vertice iuxta Gabao orate lesu Naue integri diei spatio, donec ille hostes deuicisset, steterit. Postquam uero Amorraos, & omnes illorum Reges expugnauit, omnem che eam terram noue tribubus cu dimidia Manasse distribuit, & populu annos xx v i gubernauit, mortuus est annoru Cx. Qui uerò terram populo diuiserant, erant Eleazarus sacerdos, et ipse lesus Naue, ac de unaqua et tribu uir unus: de tribu Iudah, Chaleb: de tribu Symeon, Salamiel: de tribu Beniamin, Eldad; de tribu Dan, Bacheir: de tribu Manaf

se, Aniel: de tribu Ephraim, Camuel: de tribu Zabulon, Elisaphan : de tribu Isachar. Phitiel: de tribu Afer, Achior: de tribu Nephtalim, Phatael. Reges autem illius terræ, quos Moses & filij Israel trans lordanem ab ortu solis, & walle Arnon usque ad montem Hermon, omni terra Arrhaba ab Oriente subiugata percusserunt, hos fuisse dicit, Seon Regem Amorræorum, qui in Eseban habitauit ac regnauit. Et Og Regem Basan, qui ex Gigantibus adhuc supererat, & in Astaroth habitauit, regnauitch à monte Hermon, usque ad terminos Gergeseorum, & dimidium Galaad. Istis occisis dedit Moses ipsorum terram Rubenitis, Gaditis, ac dimidiæ tribui Manasse. Reges uerò Amorræorum, quos lesus Naue cum filis Israel, postquam lordanem transierant in planicie Libani, usque ad montem Chelca, donec ascena das Sceir, bello sustulit, quorum & terram reliquis tribubus, iuxta cuiusque sortem possidendam dedit, istos esse dicit: Chetæum, Amorræum, Chananæum, Pherezæum, Euæum, Iebusæum, Regem Iericho, Regem Hai, quæ contermina est Bethel, Regem Ierusalem, Regem Chebron, Regem Ierimoth, Regem Lachis, Regem Elam, Regem Gazer, Regem Dabir, Regem Gize, Regem Aermath, Regem Aerath, Regem Arath, Regem Lobna, Regem Odollam, Regem Elat, Regem Ataphuth, Regem Opher, Regem Ophectesaroth, Regem Asom, Regem Somoon, Regem Mamroth, Regem Ziph, Regem Cades, Regem Zaac, Regem Ma nedoth, Regem locom montis Carmeli, Regem Eddor in Phenedaor, Regem Gid Galilææ, Regem Therfa.

Liber VII.

ludices.

VOcatur hicliber Iudicum, propterea quod post mortem Iesu Naue populum suum Deus à relictis Chananæorum Gentibus pressum per Iudices servavit, quorum hocuolumine singulorum facta & uitæ tempus continentur. Sunt autem isti. Primus Gothoniel:hic occidit Chusarsathaim Regem Syriæ fluuiorum, qui populum Israel adflixerat annos quadraginta. Post hunc Auod ambidexter. Hic Aeglon Regem Moabitarum gladio ancipiti palmæ longitudinem habenteinteremit, à quo fuerat pressus Israel, annos decem & octo: & ipse gubernauit Israelem alids in Greco annos octoginta. Tertius Samegar, filius Dinach, qui sexcentos de Philistifim est jos aval, uomere percussis, annumés unum populum iudicauit. Quartus Barach, filius filius Anath. Abineem. Hic expugnauit labin & Sisaran, qui Israelem annos uiginti adflixerant. Sisaram autem Iael, uxor Chather Cinæi clauo occidit. Iudicauit iste Israelemannos quadraginta. Quintus Gedeon, qui & Ierobaal dictus est, Percussit iste Madianitas, & Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana ipsorum principes, ac turrim Phanuel subuertit, principes ce illorum cum spinis triturauit ac contriuit, à quibus tribulatus fuerat Ifrael annos septem, iudicauit autem ipse Ifraelem annos quadraginta.

Sextus Abimelech, filius Gedeonis ex concubina, qui fratres suos ex liberis na tos, septuaginta uiros, super lapidem unum occidit. Fuga autem unus exillis, loatham elapius est. Ipse uerò Abimelech etiam illis, qui cum ipso conspirauerant, fa-Aus est instar ignis erhamno. Postquam autem multos occidit, mortuus est & ipse, molæfragmine de muro per mulierem demisso prostratus. Regnauerat auteman-Septimus Thola, filius Phua, patrui Abimelech, qui regnauit annos ui Octauus lair Galaadites, qui iudicauit annos uiginti duo. Iephthe Galaadites. Iste percussit Ammonitas & Philistaos, qui Israelem adfflixerant annos decem & octo. Cum autem in bello effet, uotum fecerat, oblaturum fein facrificium, quicquid post uictoriam domum revertenti, primum occurreret, atque ita filiam in occurlum progreffam, impetrato primum ad lugendam uirginitatem bi mestri spacio, immolandam occidit. Iudicauit autem populum annos sex. cimus labæsan Bethleemita, sudicauit annos septem. Vndecimus Ailon Zabu-Ionites annos decem. Duodecimus Labdon Pharatonites, annos octo. Tredecimus Samson, de stirpe Dan. Hic in mandibula asini interdum & uirga, aliquando etiam immissis unlpibus, & nouissime per ruinam domus Philistaos percussir, à quibus

aquibus Israel adflictus fuerat annos quadraginta: sudicaust autem Israelem annos uiginti. Fuerunt staq sudices Israelis numero tredecim. Anni uerò illorum fuerunt quadringenti & undecim.

Liber VIII.

Ruth.

Ta uocatur hicliber, propterea quod historiam de Ruth solam complectitur. Est autem Ruth genere Moabitida, castitate uerò honesta. Relicta cognatione paternach superstitione, ad pietatem ac uerum Dei cultum conuersa, Bethleem ludæ cum socru sua incontanter concessit, ubi & Booz ex tribu luda, matrimonio coiuncta est, ex qua postea Dauid originem hoc ordine sumpsit. Booz ex Ruth sustulit silium Obed, Obed uerò genuit lesse, lesse Dauidem.

Liber 1x. Regum 1. & 11.

Regum nominantur isti, ob id, quod regum cum Iuda tum Israel sacta & annos continent. Digesta sunt autem primo libro ista. Mors Eli Sacerdotis ac filiorum ipsius. Natiuitas Samuelis, & quomodo populus hactenus à Deo gubernatus, qui singulis temporibus liberatorem ipsis excitauerat, Regem sibi secundum morem Gentium à Samuele petierit, atque is Saulem illis de tribu Beniamin dederit, & exillo deinceps & in Israel Reges esse sele cœperint. Continetur etiam hoc uolumine quomodo ubi mandatum Dei transgressus esse sele saul, ablatum sit à stirpe ipsius regnum, & Dauid in ipsius locum unctus, atquin huius stirpem translatum regnum. Præterea commemoratur, quemadmodum sit per Dauidem Goliath minutissimo occisus lapillo, Saul uerò, postquam tripudiantes mulieres Dauidi decem millia, & ipsi mille dederant, iniudia percitus Dauidem persequutus, Dauid tamen servatus, & Saul tandem bello arctatus consultis Pythonissis, interemptus occubuerit. Et in huius oc-

casu terminatur primus Regum liber.

In secundo uero libro, Sauli Dauid in regnum succedit. Memphibosche autem filius Saulis initio pro conferuando libi regno contendit, tandem uerò uniuerlæ tribus Dauidi iunguntur. Cunctos hoftes bello superat Dauid, Bersabee uxorem Vriæ sibi sumit. Absalom patrem suum Dauidem persequutus paulo post in bello occiditur. Dauid numerato populo iram in le diuinam prouocat, quæ poltea placato Deo cellat. Ethic secundus Regum liber senio confecto Davide sinitur. Habuit autem sub se David quosdam viros fortes, magnos ac multos, quorum minores Centuríones, maiores uerò Chiliarchas constituit. Habentur quorundam ipsorum nomina & res gestæ. Sebochæ Astotheus, qui Seph filium Rapha ex gigantibus nati percussit. Bleanam filius Ariorgi, Bethleemites. Hic percussit Goliath Chetæum, cuius hastælignum instar liciatorij texentium erat. Erat autem & ipse filius Rapha. Ionathan filius Semeli, fratris David. Iste percullit uirum quendam de Rhamedon, qui Israeli conuiciatus fuerat, & senos digitos in manibus ac totidem habebat in pedibus, & ipse filius Rapha, ex Gigantibus nati. Adinon Asonæus. Hic frameam suam aduersus octoginta milites, simul congregatos eduxit. lesse Bada, filius Achamane. Et iste frameam suam contra triginta uno momento eduxit. Eleanan, filius Sose. Hic cum essent congregati Philistifm, solus in eos irruit, atquita quosuis obuios interemit, ut manus ipsius hastam tenens obrigesceret, & populus post ipsius tergum cæsos spoliaret. Mara filius Afa Saruchæus. Iste irruentibus Philistæis, ac partem agri lente refertam depopulari uolentibus, fugiente populo, folus obstitit, & Philistxos persequutus agri partem servauit. Eleazar filius Dodetharconi. Et iste tempore messis hor deaceæ cum irrumperet Philistæi, & populus fugeret, solus restitit, & Philistæos persequutus, hordeum defendit ac servauit. Tres verò fortes ex triginta erant cu Davide cum Philistæi Bethlehem obsidione cinxissent. Hi tres cu ex cisterna Bethlehem bibere cuperet Dauid, castra Philistinorum perruperunt, haustam cex cisterna aquam Dauidi attulerut. Admiratus Dauidipsorum uirtute, aquam quidem accepit, bibere uerò noluit, sed libauit eam Domino dicens. Propitius sit mihi Dominus ne hoc faciam. An sanguinem istorum hominum, qui cum animarum suarum periculo profe-Risunt, bibam? Baneas filius Iodae, qui multa fortia facta designauit, & filios Ariel Moabitæ percussit, & cum in diebus niuis ad cisternam descendisset, leonem percussit. Hic & fortem quendam uirum Ægyptium quinque cubitorum staturam habentem, & hastam instar scale nauticæ gestantem percussit. Hasta enim primum illum spoliauit, deinde & occidit. Abisa frater Ioab, filius Saruiæsororis Dauidis. Princeps erat & iste inter tres, de quibus dictum est. Percussit autem tempore quodam triginta uiros lancea sua, & capreæ instar cucurrit in montibus, & præterea percussit & occidit lesbi qui Dauidem occidere moliebatur. Erat autem lesbi de genere Rapha & hasta ipsius trecenta æris sicla ponderabat, & gladio accinctus erat. Itag isti erant magni & potentes. Bellatores autem in universum habuit David myriades triginta quatuor, & ducentos.

Liber Regum III. ac IIII.

TN tertio Regum continenturista. Adonias, senio iam grauato Davide patre, seipsum extollit, & sine patris conscientia regem se creat. Quo cognito, Davidmit tít Nathan Prophetam, & Sadoch Sacerdotem, ac Baneam filium Iodae: præcipito, ut Salomonem ungant in Regem, quod & faciunt adhuc uiuente Dauide. Adonias itaq confestim pessundatur. Salomon uerò in septennio domum Domini, deinde & muros lerusalem ædificauit. Erant autem illi septuaginta millia proselytorum, qui onera portabant, & octoginta millia latomorum. Qui uerò operibus præerant numero erant ter mille & sexcenti. Alimoniam uerò Salomonis singulis mensibus duo decim uiri administrabant. Impendebantur autem singulis diebus cori similaginis tri ginta, farinæ triticeæ cori sexaginta, uituli selecti decem, boues pasculuiginti, oues centum, exceptis ceruis & capreis, atq altilibus faginatis. Gregemuero habuit, equarum quas fœturæ gratía alebat, quadraginta millia, equorum uerò curruliti duodecim millia. Divitiæ illius erant multæ. Singulis enim annis adferebantur illiauri talenta sexcenta sexaginta sex absq tributis quæ pendebantur à subditis. Sed & regina Saba, cum adiplum uenisset, dedit ei auri talenta centum uiginti, lapides preciosos, & aromata infinita. Post mortem Salomonis in regnum succedit Roboam filius eius: sub quo scissum estregnum, itaut decem tribus Samariam caputregni constituerint: dux uerò reliqux in Ierusalem manserint, Iudah uidelicet & Beniamin. Complectitur itacp tertius hic liber res gestas & annos Regum istorum Salomonis, qui simul omnium tribuum Rexerat. Postquam autem divisum est regnum, ut diximus, in Iudæa duarum tribuum principatum gesserunt Roboam, Abia, Asa, & Iosaphat: decem uerò reliquaru in Samaria, Ieroboam, Nabath, Baasa, Elau, Zambre & Achab. Tractat & de Prophetis uidelicet istis: de Nathan, Gad, & Achia Selo nita, qui contra altare Samariæ clamauit. De Elia & Elissão, & eo qui regi Achaab prophetauit. Defilio Ader, & illius percussore, qui & Achaalo reprehendit. Defilis Prophetarum seorsum anachoreticam uitam ducentibus. Habetur etiam hoclibro, quomodo prophetauerit Elias, & non pluerit annos tres, & corui illi propter uerbum Domini mane panes, uesperi carnes detulerint. Effecit etiam in Sarephtha Sidoniæ per uerbum Domini, ut hydria farinæ uiduænon defecerit & oleario uasculo nihil decesserit. Præterea & filium eius mortuum orando uitæ restituit, & Prophetas Baal occidi curauit, quorum numerus erat, quadringenti quinquaginta.lor-Terminatur autem tertius hic liber morte Achaab Regis Ifrael, & morte losaphat Regis Iudah, desinens in principium regni Ochoziæ filij Achaab, & loram filiplofaphat, Regis ludah.

Ti undaci ilius utring divisa, pedes fluvium transivit.

Quartus Regum.

TNisto libro commemoratur, quomodo duo duces quinquagenarii regis Ochoziæigne cœlitus, per uerbum Eliæprophetæ consumpti, & Elias tandem sublatus lit, spiritusch illius in Elisao requieuerit, itaut in illo duplo suerit. Deinde de Elisao quomodo Sunamitidis filium mortuum precando excitauerit, & Naaman Syrum à lepra mundauerit, uascula uxoris Prophetæ mortui in uerbo Domini oleo repleuerit, super corpus iplius mortui cuiusdam cadauer coniectu, mox atca Prophetæ offa tetigerat reuixerit, cum pallio Eliæ Iodanem percufferit, diremptach hac atch illac unda pedibus & ipse fluuium transiuerit. Continetur etiam isto uolumine, quomodo Senacherib & Rapsakes post multas blasphemias promulgati, dece exercitu ipforum una nocte occifa fint cetena octoginta quinq uirorum millia, & quomodo Iolias rexuniuería limulacra fustulerit, lucos succiderit, & Pascha, sicut scriptum est, legaliter servauerit. Habet hic liber regum quoch gesta & annos, eorum qui in Iudah regnarunt, Ioram, Ochoziæ, Ioas, Amassiæ, Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ, Manasse, Amos, Iosia, Ioachaz, Eliakim, Ioakim, Mathana & Sedekia: Eorum uero qui in Samaria, Ochoziæ, Ioram, Iehu, Ioachaz, Ioe, Ieroboam, Zachariæ, Sellum, Manaem, Phakessia, Phakes, & Osee: & Prophetarum, Eliæ, Elizæi, Esaiæ & Ieremiæ. Præterea quomodo regnum Samariæ desierit, sub Osee filio Hela, qui Phakee filium Romeliæ occidit, regnum uerò lerofolymitanum sub Sedechia. Nam & ipse in Babylonem abductus, & ademptis oculis in pistrinum annos uigintisex abiectus est. Ad hæc quomodo rex Babylonis regem loakim exaltauerit, thronum i illius fupra cunctos Babyloniæ reges extulerit, & cum eo ederit ac biberit omnibus diebus uitæ iplius. Finitur itaq: liber ilte, in seruitutem abducto iam populo, & tota urbe capta. Epitome gestorum regum Iudah & Israel.

Regum cim ludah, tum Samariæ nomina, & res gestæ, & cuiuscanni. Et primum de regibus Ierusalem. Post interitum Saulis, qui annos regnauerat quadraginta, regnauit Dauid super uniuersum Israelem, & ipse annos quadraginta, in Chebram septem: deinde super omnem Israelem, & ludah tringinta tres, & fecit quod rectum erat corde perfecto: sub hoc erat Prophetæ Samuel, Nathan, Gad. Salomon silius Dauid, & ipse super omnem populä regnauit annos quadraginta, & fecit quod malum erat: sub isto erant Prophetæ Nathan & Gad. Roboam filius Salomonis, regnauit annos decem & septem, & fecit quod malum erat: sub hoc scissum est regnauit annos decem & septem, & fecit quod malum erat: sub hoc scissum est regnam. Manserunt autem cum ipso in lerusalem tribus duæ, suda & Beniamin: in Samaria uerò reliquæ decem. Habuit sub se Prophetas Achian Seloniten, & Samæam, & Addo. Abias silius Roboam regnauit annos tres. Cor huius no erat perfectum, sicut Dauidis, sed ambulauit in peccatis patris ipsius: sub hoc uixit Addo propheta.

Assa filius Abiæ regnauit annos quadraginta unum, & fecit quod rectum erat: ueruntamen adhuc manebant excelsa: sub isto Prophetæ erant Azarias, Adad filius Oded, & Anami. Iosaphat filius Assæregnauit annos uiginti unum, & secit quod rectum erat, atramen adhuc erant excelfa. Tandem uerò culpari meruit, quod amicitiam iunxerat cum Ochosia rege Israel, & instructura nausum socius illi fuerat: sub hoc erant Prophetæ Elias, Elifæus, Michæas, Hieu filius Ananiæ, Oziel filius Zacha riæ, & Eliad Odiæ de Marisa. Ioram filius Iosaphat, regnauit annos octo, & tecit quod malum erat. Habuit enim uxorem filium Achaab: sub hoc erat Prophetæ Elias & Elissaus. Ochozias filius Ioram, regnauit annum unum, & fecit quod malum erat. Post huncregnauit materipsius Gotholia, annos septem. Ioas filius Ochozie regnauit annos quadraginta. Iste occidit Zachariam, & donec lodae uir prudens uiueret à quo instruebatur, fecit quod rectum erat. Hunc interfecerunt ipsius serui in domo Maeloth: sub isto pphetauit Azarias filius Iodaæ. Amasias filius eius regna uit annos uiginti noue, & fecit initio regni quod rectu erat, sed no sicut Dauid. Nam adhuc populus immolabat in excelsis, & lucos no excidit sub hoc prophetarut Prophetæ quidã, quoru tamen nomina scripta non sunt. Postqua uero eos qui in monte Seir habitabat percuffit, in superbiam elatus, simulacra eor quos percufferat coluit, ob qua causam & in manus hostiu traditus, percussus est. Azarias, qui & Ozias, regnauit annos quinquaginta duos, & primu quod rectu erat fecit: licut & pater iplius, excelfa tamen non sustulit. Vbi uerò reru successu potiri cœpit, elatus est animo, uo-Lita per seipsum immolare in teplo, quod solis sacerdotibus licebat. Quapropter & lepra percussus est, postquam audisser, Non tuum est Ozia immolare Domino, sed Sacerdot i filiorum Aaron, qui ad hæc sanctificati sunt: sub hoc prophetaust Esaias. Ioatham filius Azariæ regnauit annos sedecim, & secit quod rectum erat, quem admodum pater eius: ueruntamen excelsa non est demolitus, & sub hoc erat Esaias.

Achas filius Ioatham regnauit annos sedecim, & fecit quod malum erat, & sub isto prophetauit Esaias: deinde & Oded. Ezechias filius eius, regnauit annos uiginti nouem, & fecit quod rectum erat, sicut Dauid perfecte. Iste demolitus est serpentem æneum, quem suspenderat Moses: sub hoc quoq; prophetauit Esaias. Isto regnante Senacherim & Rapsakes Assyrij Dominum blasphemarut, qui quidem posteapercuffi sunt, tum autem una nocte cæsi sunt ab angelo de illorum exercitu millia cetum octoginta quinq. Ezechias uerò cum ægrotaret, utiam moriturus esfet, ad prorogationem uitæ annos quindecim accepit. Manasses filius Ezechiæ regnauit annos quinquaginta quinq, & malum fecit. Quæ nance Ezechias pater eius demolitus fue rat, ipse restituit: alter leroboam factus est ludæ, ut huius gratia idem acciderit lerusa. lem quod Samariæ. Huius enim gratia reprehensus est, quod peccare fecerat ludam: ob quam causam & in Babylonem captiuus abductus est. In captiuitate tamen constitutus, quemadmodum in Paralipomenis scriptii est, pænitentia egit, atqita emen datum Deus in Ierusalem reduxit, ubi & regnum recuperauit. Postquam uerò pœnitentiam egisset, & populum ut Deo serviret docuisset, tadem mortuus est. In civitate tamen Dauid non est sepultus, sed in horto suo, horto Hoza. Amos filius Manasse regnauit annos duos, & fecit quod malum erat, sicut pater eius Manasses, & occiderunt illum ferui ipfius, sepultus chest in horto Hoza, in quo sepultus est et pater ipsius.

Iolias filius Amos regnauit annos triginta unum. Hunc populus Regem creauit cum annos octo natus effet, & fecit quod rectum erat, ambulas in omni via Davidis, nec declinans, negad dexteram, nechad finistram. Vniuerfos quippe lucos succidit, & cuncta simulacra sustulit, cum annorum esset sedecim, legem uero Dei quæsiuit, & cum neglectam inuenisset legi curauit, ac Pascha celebrandum præconisuoce promulgauit, celebrauit & ficut script west. Istum occidit Pharao Nechao ad Euphratem, cum uelut amicus ad ipsum uenisset. Sub hoc fuerut Prophetæ Ieremias, Sophonias, & Olda prophetiza, uxor Selle. Ioachaz filius Iosiæ regnauit menses tres, & fecit quod malum erat. Transtulit hunc Pharao Nechao: sub hoc quoch prophetauit leremias. Eliakim alter filius Iosiæ, qui & Ioakim cognominatus est, regnauit annos undecim, & fecit quod malum erat. Ioakim qui & Iechonias filius Eliakim, regnauit menses tres, & fecit quod malum erat, translatus chest in Babylonem. Manthanan filius loakim. Hunc Nabuchodonofor constituit regem, Sedekiam imutato no mine uo cauit: regnauit annos undecim, & fecit quod malum erat: sub isto quoq erat Ieremias. Ad hunc usq durauitregnum ludah, sub quo dissipatu est, sicut & regnum Samarie: urbs nance lerusalem capta, & universi in Babylonem captivi, ablatis quoce templi ualis, abducti sunt. Reges itaq in Ierusalem, a Davide usq ad captivitatem Babylonicam fuerunt uiginti unus: præter Gotholiam reginam, quæ & ipla, licut dictum est, post Ochoziæ filij mortem septem annos regnauit.

Reges lírael.

Onsequenter & de regibus lírael, qui in Samaría regnarunt dicendum est, quo quisquocatus sit nomine, quot annos regnauerit, & quomodo uixerit. Primus fuit leroboam, filius Nabath. Hic cum redisset ex Ægypto diuiso regno, regnauit in Samaria. Tam insigniter autem quod malum erat secit, ut similis illi non suerit. Veritus enim ne sacta desectiõe subuerteretur, duos aureos uitulos secit, populumos seduxit, dicens: Hi sunt distui, qui reduxer uos ex Ægypto. Instituit etiam populo dies sestos ac Sacerdotes, atquita peccare secit, & aberrare Israelem. Ipsum enim omnes posteri reges imitati sunt. Regnauit autem annos uiginti duos: sub hoc erat Propheta Achia Selonita, & qui contra ipsum & altare ipsius clamauit. Nabath silius Ieroboam regnauit annos duos, & secit quod erat malum. Nec amplius post illum de genere ipsius quisquam regnauit. Baasa, de alia stirpe, regnauit annos uiginti quauor, & fecit quod malum erat, nec de huius stirpe, postea quisqua regnauit. Zanibre

bre, alterius generis, regnauit annis duodecim, & quod malū erat fecit. Achab filius Zambre regnauit annos uigintiduos, & præ ceteris quod malū erat fecit. Sub hoc Prophetæ erāt, Elias, Elisseus, Micheas, & qui regi Achaab de Syria & silio Ader pro phetauit, & qui proprio iussu percussus ac uulneratus, Regemes Achaab redarguit. Et præterea seorsum habitantes multi prophetarum filij. Ochozias filius Achaab, regnauit annos duos, & secit quod malū erat. Sub hoc quoce erant Elias & Elisseus, quinquagenarios enim illius igne cœlitus in uerbo domini percussit Elias. Ioaram alter filius Achaab, regnauit annos duodecim, & secit quod malum erat. Post hunc nemo amplius de hac stirpe regnauit. Sub isto assumptus est in cœlum Elias. Elisseus uerò perdurauit use ad leroboā filium loas regem Israel. Erant autem sub istis etiam silij prophetarum. Iehu de alia stirpe, filius Manasse, regnauit annos uiginti octo. Hic genus Achaab sustantis statuames illius contriuit & prophetas Baal per insidias occidit. Et hactenus quidem fecit quod rectum erat, promissionemes accepit, quod quatuor ipsius filij sessim a peccatis Ieroboā abstinuit, propter uitulos aureos.

loachaz filius lehu regnauit annos tredecim, fecitis quod malum erat. Ierusalem expugnauit & templi aurum & uasa abstulit. Ieroboam filius loachaz regnauit annos quadraginta unü, & fecit quod malum erat. Zacharias filius leroboam regnauit menses sex, & operatus est malum. Hactenus posteritas lehu, in quartam generatione durauit. Sellum ex alia progenie, filius labis, regnauit dies triginta, & quod malum erat operatus est. Manaem ex alio genere, filius Gadide, regnauit annos ui ginti & operatus est quod malum erat. Phakeias filius Manaem, regnauit annos decem, & fecit quod erat malum. Sub hoc prophetarunt Esaias & Osee. Phakee, de alia stirpe, filius Romeliæ, regnauit annos ui ginti. Hic occidit Phakeiam, & fecit quod malum erat. Sub hoc quog erant Esaias & Osee Prophetæ. Osee aliunde na tus, filius Ela, regnauit annos nouem. Iste occidit regem Phakee, & operatus est malum, uerutamen non sicut qui ante ipsum regnarunt. Sub isto Osee sinitu est regnum Samariæ. Tunc enim celsauit, ac perdita est Samaria, quam deinceps Assyrij inhabitarunt, ex quibus orti sunt hæretici Samaritæ, qui & Sadducæi uocatur. Sümata itaque eorum tempora, qui lerosolymis à Dauide usque ad Sedechiam regnauerunt annos constituunt quadringentos. Reges uniuersi fuerunt uiginti unus, dempta Gotholia, & cuncti eius dem stirpis, Dauidis uidelicet, ita ut ab initio ad sinem usq filius à pa tre regnum hæreditario acceperit. Ex his autem nouem, quod rectu, duodecim uero quod malum erat excepta Gotholia, operati sunt. Eorum uero tempora qui in Sama ria à leroboam usq ad Osee regnarunt, anni sunt ducenti sexaginta: Reges autem uni uersi decem & octo, ex diuersis stirpibus. Horum octo regnum inuaserunt. Omnes uero secundum peccatum leroboam quod malum erat fecerunt.

Liber undecimus, Paralipomenon Primus & Secundus.

Hocnomine uo cantur isti libri, propterea quod multa in libris Regum præterita, in ipsis continentur. Habetur autem in primo libro omnium tribuum genealogia ab Adam use ad Reges, secudum tribus, & populos, & gentes, & familias.

In secundo uerò exponuntur gesta regum.

Supra quidem dictum est, quod qui regum facta & tempora conscripserunt, Prophetæ fuerint, qui singulis temporibus uixerunt. Vt autem singulariter quid quisque scripserit cognoscatur, ex Paralipomenis ista annotauimus: Dauidis historias scripserunt Samuel, Nathan & Gad prophetæ. Salomonis Nathan & Achia prophetæ, lero boam, Sabæas & Adido prophetæ. Abiæ, Adido propheta. Asæ facta habentur in sibro sermonum, de Regibus ludah. Iosaphat, lehu propheta, filius Aname, qui sibrum sermonum de Regibus ludah scripsit. Quæ loas gessit, relata sunt in scripsuram Regnorum. Quæ Amasias, in sibro sunt Regum luda & Israel. Quæ Ozias, scripsit Esaias propheta. Quæ Ioathan, sunt in sibro Regum luda & Israel. Quæ Achaz, in sibro habentur Regum ludah & Israel. Quæ Ezechias, scripsit Esaias propheta filius Amos. Quæ Manasse, relata sunt in sermonem Videntium. Que Iosias, in libro sunt Regum ludah. Quæ Ioakim, in libro habentur Regum ludah & Israel.

Líber XII. Esdræ primus & secundus.

I duo libri ab eo ipso coscripti sunt, cuius & inscriptione preferunt. Esdras enim
iste, Sacerdos et lector cum esset, redituum filiorm Israel ex Persia ad serusalem,
exposuit, in primo libro tradit, quomodo cura reditus suerit in manu sesu silij sosedek

& Esdræ, & Zorobabel, & Neemiæ, Eunuchi Indiæ. Occasionem uerò reditus hanc Istahabentur ponit. Tres milites Regem custodientes, quorum unus erat Zorobabel, circa quæ Esdrætertio stionem quandam cotendebant, sacra promissione, ut qui uinceret, à Rege quicquid cap. & 4. uellet peteret. Cum primus dixisset, fortius esse uinum. Alter fortioremesse Regenerationes de la cap.

cap. 64. uellet peteret. Cum primus dixisset, fortius esse uinum, Alter fortiorem esse Regem, Zorobabel contendit fortiores esse mulieres, ueritatem super omnia excellere. Hæc quia dixerat Zorobabel, uictor euasit. Cum aut iussus esset petere quod uellet, petijt, ut Israelis captiuitas solueretur, & Ierusalem reedisicaretur. Atque ita ut petit sactum est. Dimissa est captiuitas. Etenim & tempus iræ dei, sexaginta uidelicet anni, tűcadimpletum erat. Qui uerò lerofolymam è captiuitate ascenderunt, de tribubus luda & Beniamin, cum Leuitis, in universum numero fuerut quadraginta duo millia, trecenti, & sexaginta. Serui uerò illorum & ancillæ, septem millia, treceti, triginta quatuor. Cantores duceti quadraginta quinq. Cameli quadringenti triginta quinq. Asini ducenta millia, septingenti uiginti. Ædificatores autem erant Zorobabel & lesus filius Iosedek, & Neemias. Esdras uerò cum esset dexter in cognitione legis, legem profere bat & legebat, disponebatch cuncta ad templum pertinetia, & Leuitas quoq ipsa ex lege designabat. Preterea & alienigenas uxores abijci curauit ab illis qui eastempore captinitatis duxerant. Abiecerunt enimillas omnes, & mundati sunt, & paschasicut scriptum est, & ieiunium legitime servarut. Secunda verò narratione eadem quidem de reditu e Babylone, præter problemata, plura uerò de Neemia eunucho exponit, quomodo & ipse templi reædificationem à Rege petiuerit. Et quomodo Esdras quidem lectoris functus lit officio, Ielus uerò & Banæas & Sabias populum erudierint, Esdras scientiam domini legendo explicuerit, populus per lectionem illius quæ facienda erant intellexerit, & pascha celebrauerit. Seruarunt etiam ieiunium mense septimo, & feltum tabernaculorum, sicuti in lege scriptum est. Non fecerant, inquit, ad hunc modum à diebus Iesufili Naue. Esdras uerò cum uidisset mulieres petulantes Ebræis coniugio iunctas, lugens ac plorans, perfuafit omnibus denunciari, utferuarent legem dei, & eiecit mulieres illas, tanquam illegitimo coniugio iunctas, & adiurauit universos, ut servarent legem. Atque ita sanctificati & mundati exhilarati sunt, & abijt quisque in domum suam. Narratur autem & hoc de Esdra quod cum libris, per incuriam populi ac diuturnam captiuitatem perissent, ipse illos, cum uir essetho nesti studiosus, industrius & lector, apud se omnes custodiuerit, & tadem protulerit, omnibusch tradiderit, atchita servauerit.

Ametli hic Pfalmorum liber folius habeat Dauidis inscriptionem, multorum ta men aliorum quoque in illo sunt Pfalmi, utpote Asaph, Idithum, filiorum Chore, Aggæi, Zachariæ, & Æman Israelitæ. Sunt etiam nonnulli, qui communiter ab ormnibus simul sunt dicti, quotquot uidelicet halleluiah habent. Itaque Esdras omnes hosce Psalmos à quibuscunque dictos uno complexus est libro, qui quidem, quasi communes sint Psalmi omnium quos continet, Psalmorum liber uocatur, soli uerò Dauidi inscribitur, propterea quod ille primus spiritum psallendi à deo accepit, primus cip Psalmos coposuit & scripsit, & prædictos Psalmistas ipse ex sacerdotibus selegit ac instituit, stationem quoque locorum illis, & ordinem melodiæ, ac tepus psallendi matutinum & uespertine determinauit, & ita ordinauit, ut alij aperto, alij clauso tabernaculo, alij à dextris, alij à sinistris starent, atque ita quidem deo psallerent, laudem ac hymnum uoce canerent, quidam uerò confessionem ac laudem præluderent, illi in musicis instrumetis, citharis, nablis ac cymbalis, isti in tubis sublime per sonarent. Sacerdotes igitur qui arcam dei sub Dauide portabant, erant numero mille & duo, nempe, ex filijs Caath, Vriel princeps & fratres eius cetum & decem. Ex filijs

Merari Ase princeps & fratres eius 250. Ex filis Gedeon Ioel princeps & fratres eius 250. Ex filis Elisaphat, Samæas princeps & fratres eius 200. Ex filis Hebron, Enir

Pfalterium Dauidis,

princeps

Liber XIII.

princeps & fratres eius 80. Ex filijs Eziel, Aminadam princeps & fratres eius 112. Pfal mistæ uerò selecti ex ipsis, erant, de quibus supra dictu est. Hi ad hunc modu instituti erat. Asaph & Atham fili Core cymbalis æneis personabat, ut ab omnib. audiretur. Zacharias uerò & Oziel, Samiramothith, Eloni, Eliab, Masas, Banæas, filij Idithū, in nablis & pfalterio. Mathæas & Enphanæas, & Macania, & Abededo, & Éil & Ozias filius Æmau, in Cinnyris & citharis. Masse uerò & Aggeus & Zacharias & Bane, & Eliezer, sacerdotes, tubis clangebat. Et reliquos psalmos quos isti quoq spiritu sancto moti coscripserat, Esdras Dauidis psalmis coiunxit, & ex omibus ita coaduna tis huc pfalmoru libru, ut dictu est, costituit. Est aut inter psalmos dilucida ad huc mo dum poneda distinctio. Sunt enim pprie Dauidis, quotquot ista habet inscriptione, Pfalmns Dauidis. Videlicet isti:25.26.27.36.115. Qui uerò ab alijs copositi, Dauidi inscributur, sunt quotquot inscriptione hac, Dauidi, similiter habet, qui quide sunt isti, 3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.30.31.32.33.34.35.37.39.40. 41.49.50.51.52.54.55.56.57.58.59.60.62.63.64.67.68.69.70.81.90.92.93.94.95.96.97. 98.100.102.103.107.108.109.137.138.139.140.142.143.144. Eorum uerò qui hac inscriptione, Dauidi, habent, alij inscribūtur, In sine psalmus Dauidi, alij tantū psalmus Da uidi. Quoruinscriptio est, in fine psalmus Dauidi suntisti, 4.5.6.8.9.10.11.12.13.18.19. 20.21.29.40.50.64.67.108.132.139. Qui inferibunt, Dauidi, abiquilla particula, in fine, hisunt,3.7.14.22.23.24.28.37.42.62.93.38.107.140.142. Rursus eoru qui inscribuntur, in fine plalmus Davidi, hæc est subdivisio. Alij inscriptione habent plalmus Cantici, utpote, 4.64. Alij tantū, pfalmus, uidelicet. 5.8.9.10.11.12.13.18.19.20.21.30.39.40.50. 63.108.138.139. Qui uerò inscriptus est, in hymnis psalmus, est, 6. Sunt & alij, qui inscriptione quide habent, In sine Dauidi, psalmi tame titulum non habet, sed differentem, & sunt isti, 13.35.51.52.53.54.55.56.57.58.59.60.68.69. Horum qui disserente habent inscriptione, alius inscribitur, uerba Cantici, ut 13. ali Dauidi tantu, ut 35.68.69. alij intellectus, ut 51.52. alij in hymnis intellectus, ut 53.54. Nonnulli, tituli inscriptionë habent, ut 55.56.57.58.59. Est qui, in hymnisinscribit, ut 60. Eor i uerò qui, psalmus Dauidi absq particula, in fine inscributur, est Caticum psami, 107. tantu. At qui nec in fine, nec plalmus, sed simpliciter Davidi inscributur, sunt 15.16.31.32.70.81.90.92.94. 95.96.100.102.103.136.141.143.144. & ex his iterum alius canticu habet, ut 95. alius, tituli inscriptione, ut 15. alij oratione, ut 16.82. alij intellectu, ut 31.100.141. hic filiorum Aminadam, ut 70. illi laudem cantici, ut 90.92.94. iste laudatione, ut 144. Rursus, qui nech Dauidis, nech Dauidi inscribuntur, sed alijs assignantur sunt isti, 38.41.43.44.45. 46.47.48.72.73.74.75.76.77.78.79.80.81.82.83.84.86.87.91.99.104.105.106.111.112. Asaph, quida filis Core Asaph & Ætham, quida filis Idithum, alis Aggæi & Zacharie, alij, halleluiah. Asaph sunt isti, 72.73.74.75.76.77.78.79.80.81.82. Ex quibus alij inferiptionem habentes, In sinë psalmus Asaph, sunt hi: 74.75.76.79.80. alij tantu psalmus Asaph, ut 72.78.81. alius in hymnis, ut 75. ali caticum psalmi Asaph ut 79.82.quidam intellectus inscriptionem habent, ut 73.77. quida torcularium, ut 80. ille commutandorum, ut 79. hic psalmus cantici, ut 74. Qui per halleluiah inscributur, sunt isti, 104.105.106.110.111.112.113.114.115.116.117.118.131.135.145.146.147.148.149.150. Ex his Aggæi sunt & Zachariæ 145.147.148. Qui filijs Core inscributur, sunt 41.43.44. 45.46.47.48.83.84.86.87. Et ex his alij inscriptionem habent, In finem filijs Core, ut sunt 41.43.44.48.83.84. alij, in finem pro filijs Core, ut 45.46. quidă, psalmus cantici filijs Core, ut 47.86.87. & 88. Intelle ctus Atham Israelitæ. Sunt qui inscribuntur, Infi nem Idithum Canticum, ut 38.61. Qui uerò graduum sunt, omnes sunt cantica, ut 119. 120.121.122.123.124.125.126.127.128.129.130.131.132.133. Ex his Salomoni inferiptus est,126. Dauidi uerò, 130.131.132. Itaq ista est divisio inscriptionum quæ psalmis quibusdam præmittuntur. Omnium uerò comunes in hoclibro psalmi tantum sunt, 4.5. 6.8.9.10.11.12.13.14.18.19.20.21.29.30.39.40.50.60.61.63.64.65.66.67.72.78.81.108. 138.139. psalmus canticum, 4.64. psalmi cantici 29.47.67.86.87. Canticum tantum 38. 76.95.119.120.121.122.123.124.125.126.127.128.129.130.131.132.133. Canticum pfalmi 65.82.107. Verba cantici 17. Laus catici 90.92.94. Laus 144. In hymnis 60.75. In hymnis intellectus 53.54. In hymnis pfalmus 6.66. Intellectus 31.51.52. 73. 77.88. 100.141. Adinfcri-

Adinscriptionem tituli,15.55.56.57.58.59. Oratio, 16.85.89.101. Oratio Moli homini Dei,89. Ad Salomone, 71. Sine nomine, 9.65.91.99.101. Halleluiah, 104.105.106.116, 111.112.113.114.115.116.117.118.134.135.145.146.147.148.149.150. Dauidisimpliciter, 32.34.35.96.102.103.136.137. A Dauide verò & reliquis omnibus dicti, & inscripti, in finem funt isti: 4.5.6.8.9.10.11.12.13.18.19.20.21.22.30.35.38.39.40.41.43.44.45.46.481 50.51.52.53.54.55.56.57. 58.59.60.61.63.64.65.66.67.68.69.74.75.76.79.80.83.84.108. 138.139. Qui Dauidis tantu sunt pprij, hi sunt:25.26.27.36. & 151. Post universam hanc divisione: deinceps necessariu est separatim etia quorundam psalmoru inscriptiones cognoscere. Primus quide & secundus inscriptione caret. Tertius uerò inscriptus est, quado à facie Absalom silis sur aufugit, 1 42. quado filius ipsum persequutus est. Quin eus super hæreditate. Sextus & undecimus super octava. Septimus super sermonibus Chusi filij Iemini. Octauus: 80. & 83. super torcularibus. Nonus super absconditis filij 45. super absconditis 15. Ad tituli inscriptione 16.88 85. Oratio 17. quado eripuit eum Dominus emanu omniti inimicorti iplius 21. pro susceptione matutina, 23. In prima Sabbathorii 26. ante qungatur 28. In consummatione tabernaculi 29. In dedicatione domus 30. Pro ecstasi 31. Intellectus 33. Quando mutauit facié suam ante Abimelech 35. Seruo domini Dauidi 37. Ad rememoratione diei Sabbathi 44. Pro comutandis, ad intellectu filis Core. Canticu super dilecto 68. pro comutandis 77. pro comutandis testimoniti super Assyrio 50. Cti uenisset ad eum Nathan Propheta, posto esset ad Bersabee ingressus, 51. Cum uenisset Doeg Idumeus ad Saule, nuciasset illiac dixisser: Venit Dauid ad domű Abimelech 52. Super Maeleth 53. Cű venissent ad Saulem Ziphæi,illigdixisset,an no est abscoditus apud nos Davides. Cũ tenuissent eŭ Philistæi in Geth 56. Cu ante facie Saulis in spelunca fugisset 58. Cu mississet Saul qui domum eius observaret, ut occideret eu 59. Cu incedisset Mesopotamia Syria, & Syria Sobal, et reuersus Ioab percussisset in ualle Salinaru duodecim millia, 62. Cum esset in solitudine Idumeæ 65. Resurrectionis 69. Adrememoratione, quod meservavit do-Alle filles minus 70. filior TAdæ, priorum captiuor 61. In Salomon 65. Ad Affyriu 87. Super sum Iona= Maeleth ad respondendugs. Pro die Sabbathi 23. In prima Sabbathi 92. In diemante dab. Sabbathű 93. In quarta Sabbathi 95. Cű domus ædificaret post captivitate 96. Quartdo restituta est ei terra 99. Ad confessione 101. Precatio pauperi cu in angustijs esset, & oratione sua ante dominu effunderet 141. Precatio, cu esset in speluca 143. Contra Goliath 151. psalmus hic peculiariter Davidi, & extra numer reliquorum inscriptus est, cu singulari certamine Goliath strauisset. De diapsalmate quoq tractandu est, in quibus pfalmis illud et quoties in uno quoq inueniatur. In 2. pfalmo femel, in 3. bis, in 4.bis, in 7. semel, in 9. canticu diapsalmatis, in 23. semel, in 31.bis, in 33. semel, in 38.bis, in 43. semel, in 45. bis, in 46. semel, in 47. semel, in 48. bis, in 50. bis, in 53. semel, in 54. bis, in 56. bis, in 58. bis, in 59. semel, in 60. semel, in 61. bis, in 65. ter, in 66. bis, in 67. quater, in 74. semel, in 75. bis, in 76. ter, in 80. semel, in 81. semel, in 82. semel, in 83. semel, in \$4. semel, in 86. bis, in 88. quinquies, in 93. semel, in 139. ter, in 142. semel. Sumatim uerò quotquot per halleluiah inscribuntur, & qui graduum sunt diapsalma non habent. Liber XIIII.

Prouerbia Salomonis. C Alomon filius Dauidis, cum regnum patris sui accepisset, à Deo petit, ut sapien-Itiam acciperet magis quam divitias, & hostium ultionem. Hanc cum esset adeptus, præ omnibus mortalibus, qui ante & post ipsum fuerunt, sapiens, ac propter ea quæ faciebat ac dicebat, admirabilis factus, tria millia parabolarum, & quinque millía carminum proloquutus est, disputauitos de omnibus, tam de ijs quæ exterra proueniunt', quam de omnis generis animantibus. Scripsit libros, Canonicos tres, Prouerbia uidelicet, Ecclesiasten, & Canticum canticorum, & alterum præteristos, non Canonicii, sicut ante dictum est, qui Sapientia Salomonis dicitur. Præsentem autem librum Prouerbia inscripsit, propterea quoduerba Sapientium prouerbia sunt, uelut ænigmata, quæ quide aliud ex superficie, aliud uerò per allegoriam indicant. Horum autem species sunt prouerbia. Ad hunc etenim modum discipuli Domini in Euange lio secundum Ioannem Ioquuntur, quando domino, cum antea multa obscuro sensu loquutus esset, tande dicunt, ecce nunc libere loqueris, & prouerbit prorsus nullu dicis, ut intelligas prouerbia non aperto, sed obscuro sensu dici. Quoniam igiturtales plerung

113

plerung sunt quæ in hoc libro sunt sententiæ, ideo titulu illi, proverbia fecit. Est aute inde dicta parœmia, quod præter uias, tales sententiæ conscribi solitæ sint, ad correctionem & doctrinam eorum qui itinera coficiebant: præter uias autem scribebantur: propterea quod non omnes ueritatis sermones capiebant, ut uel ji qui in itine le erant, & affixas uidebant, quæ scripta essent exquirerent, atquita erudirentur homi= nes. Parcemiam itacy ad hunc modum nonnulli definiunt, ut sit dictum parodium, ab uno aliquo ad multa transiumptu. In hoc igitur libro scientia est sapientia & disciplinæ,intellectus sermonum prudentiæ,strophæ uerborum institiæ. Verus intelle clus ad dirigendum iudicia, & pollicitatio cognoscendarum, ex ifiis parabolarti, dictorum Sapientium anigmatum, & obscurorum sermonum. Et sunt scientia sapien tiam ac disciplina tradentes. Nam & Græcisapientia pollicetur, & heretici habere se disciplina arbitratur. Quapropter iste uera sapientia ac disciplina docet, ne specie ac similitudine sapientiæ quisqua in sophismata Græcorū & hæreticorū incidat. Græci nancy & putantes & dicentes se sapientes esse, stulti sactifunt, hæretici verò eruditos este le rati, auerli sunt, & peccat proprio iudicio codemnati. Sapies uerò si diuina elo quia audierit, sapietior erit. Etenim qui legitima Dei audierit & custodierit, & in disciplina Dñi negliges non fuerit, nec ab ea defecerit, filius sapies euadet, & eruditus factus cognitione Dei cofestim accipiet. Hac enim Sapietes instituütur:sermonum uerò prudentu intellectus, doctrina est de solo & uero Deo. Græcoru nace alij corpus esse dixerut Deum, alij simulacris etia ipsum assimilarut. Hæretici uerò & ipsi in ueri Dei cognitione desipuerut. Propterea Salomon de uera cognitioe Dei disserit: Quod quide exponi in illo nequit: id gloria Dei abscodit. De prouidetia uerò illius loquitur, cu dicit: la omni loco oculi Domini cotemplantur bonos & malos. Etiterum:Diues & pauper alter alteri occurrer ut, utros querò fecit Dominus. Et: Conueniunt fænerator ac debitor, utrolog speculatur Dominus. &: Sunt enim in cospectu oculora Dei uizuiri, & omnes circuitus eius speculatur. ludicium quoce eius come morat, dicens: Sacrificia impioru, abominationes sunt Domini: precationes uerò rectorum acceptæ funt apud eum: & iterum, Domos couiciatori diffipat Dominus, firmat autem terminum uiduæ. Opificium uerò illius no simpliciter, sed ob id quod per uerbum, ac sapientia suam cuncta facit: ueru Deum explanat ac designat, quod pater sit filij. Dicit igitur: Sapientia sua Deus fundauit terram. Et iterum : Dominus fecitregiones etia inhabitabiles, & uertices habitabiles fub cœlo: quado preparabat cœlum, una cum ipio eram: quando fegregabat thronu fuum fupra uentos, quando firmabat ea quæ supra nubes sunt, eram cu eo cuncta coponens. Ego eram in qua læ tabatur, singulis diebus in conspectu illius deliciabar. Strophe quoquerboru insunt istilibro. Nam si quis ea mente uerset, reserabit ac inveniet latentem in ipsis sensum. Qualia funt cum dicit: Ab æstu servatus est filius intelliges, at uetus diffipas in messe est filius immorigerus. Et iteru: Solicite cura quæ in agro sunt uiridia, & herbam demete, ac fœnum montanű collige, ut oues habeas ad uestitű. Et rursus: Si couiua sede ris in mensa magnatu, solerter cosidera quæ tibi proponutur. Et alia cosimilia. Veræ iustitiæ dictus est intellectus. Quonia differenter quidam iustitiæ uocabulum accipiunt, alijs dicetibus iustitia este, si reddat quis quod custodiendu accepit, alijs uerò, si malu reddatur pro malo, & bonu pro bono: usu aute uenit, ut huiusmodi definitiones exactæ ac iuste non fint, (non enim dicendu est, quo ille me usus est modo, eode utar ego & ipso, pœnas de illo suma, pro iniuria qua me asfecit) ob eam rationem Sa lomon que uera sit iustitia docet:eam uidelicet ueram esse iustitia: si unicuica quod suñ est reddatur. Cum primis honora, inquit, Dominu de iustis tuis laboribus, & primitias illi da, de tuis iustitiæ fructibus. Deinde honora Regem, & parentibus copetens repende officiu, omnibus uerò quod æquu est. Et hic unus est iustitiæ typus. Al ter uerò est, ut animu suum quisq iustificet, æquabilitate custodiedo, ita ut nusquam in cotraria inæquabilitate declines, sed rationi obteperes, ne malo cosilio quo iuuen tutis doctrina repudiatur, capiaris, sed cu consilio omnia facias, & cogitationes tuæ sint iudicia, ita ut seipsum quisce iudicet, & cocupiscentia in omnib, habeat bona. Vviuersa quippe iustoru cocupiscentia bona est, & cocupiscentia iusti accepta est. Co kK 3

tra animolitate uerò, Ne sis amicus, inquit, uiro animoso & amico iracudo ne cohaπαμισύεται bites. Omne enim ira sua emittit insipies: sapies uerò illatpro parte conditac suppri களம் மாடும் mit. Qui seipsum ad huc modu coponit, & singulas cuius anima partis actionessa nas & innocuas custodit, is demu uera agnitur' est iustitia. ludicia uerò dirigere prin cipaliter quide est, iuste secundu lege Dei iudicare, ut cum dicit: Aperi os tuu uerbo Dei, & sane de omnib. iudica. Paupere uerò & imbecille iudicio defende. Qui nag iustu dicit eu qui impius est, execrabilis est populus, & odibilis inter gentes. Persona enim cuiusqua in iudicio reuereri, bonu no est. Hoc quide ex professo dicendum est: deinde quod in seipsum quoq iudicia hoc dirigit, quo alios quis iudicat, & seipsum probat, du le, si iræ motu in se senserit abudare, reprehendit, & si abudare intellexerit, cocupiscentia cohibet, si uerò rationis uis obdormierit, excitat, dices: quousq piger dormise Hoc nace pacto iudicia dirigere discet, si seipsum iuste moderatus, & suipsi us reprehesor sacus fuerit, nec audiet ab alijs: Qui aliu doces, teipsum no doces: qui doces, no mochaberis, mocharis. Quemadmodu enim qui iter facit, & uiam suam qua ambulat rite dirigit, ad destinatu fine peruenit, ita & qui iudicia dirigit, iustus cefebitur & sapies. Dicutur aute parabola sermones, qui uelut imagines sunt eoruque dicutur. Ex iplis nace propter similitudinem, quod dicitur, intelligitur. Sicenim Dis dixit, ut in Marco est: Cui assimilabo regnum Dei, aut cui parabolæ coparabo illude Itac parabolæ funt quæ fecundű similitudine dicütur. Cű enim dixisset: Simile est re gnu Dei, tade intulit: propterea per parabolas illis loquor. Sut igit huiulmodi dica parabolæ, utpote: Sicut defluxus niuis in calore æstiuo tepore messis iucudus est, ita nūcius fidelis ijs qui miserūt eū. Et iterū: Sicut uēti, nebulæ, & pluuiæ, ita qui glorian tur in dono medaci. Et si qua istis sunt similia. Dicta verò Sapienti sunt sermones, nulla sophismatu fallacia habetes, nece per probabilitatis speciem seducetes, sed exa chè ueri, nec secundu dialectica protasin dicti, sed taqua qui ab ipsis sint cogniti, &ue lut ipsorusentetie prolati. Quales sunt, exhilarato corde floret facies, in mœroribus uero existete, deiecta est ac tristis. Et: Cor rectu querit sensum, os uero indisciplinato rumala cognoscet. Et: Odiu excitat uictoria, omnes verò eos qui cotentiolino sunt, cotegit amicitia. Et: Qui causam agenda cotenit, cotenetur ab ipsa: qui verò madatti ueret,ille sanus est. Alioru hominu sermones, pleruca amphiboli sunt: Sapientu uerò quales quales sint, ueri sunt, & omni ex parte absoluti, ita ut contradici illis nequeat, & alij homines reru cognitione ex fine fumut; utpote, quod peruerfus lit qui cuiqua facit iniuria, & malus qui mochat. Hocuerò cuiuis manifestu est. At Sapietesiplare rū principia prædicūt, & ueluti symbola motuū qui in anima sunt prænūciāt, ut quisquis malor principia cognouerit, sibi caueat. Qualia sunt de quibus suprà dicti est: Odiff excitat uictoria, oes uerò no corentiolos obtegit charitas. Cotentiolus em ex odio malitiæ huius principiū habet. Et nemo cotentiolum amore prolequendū duxerir. Rursus è cotrario qui cotetiosus no est dilectionis indicia habet. Nec cotetiosum dixerit quisqua eu qui diligit. Sicut illud: In cocupiscetifs est qui ociatur, & iracu dus quod agit, ablq colilio agit. Significauit enim ocioli anima omnis generis cocu piscetis este immersam, & iracudu nullurectu habere coliliu ostedit. Et omnino ilti amplius manifest faciut, quod actionis principiu sint hominis mores & ingenium. Vnde & comendateos qui dicut, quod cotentione præcedat odiu, fuga uerò cotentiõis dilectio. Et quod ociū mala uoluptas, iracūdū uerò præcedat temeritas, quodos cotepti principiu sit & causa, quod lege ipse contenit, & quod sanitate præcedattimor Dei.lie quod animæ perditionis principiū sit os incautū & temerariū, timoreco præcedat linguæ temeritas. Vbi ad huc modum fingulas dictioes referaris, inuenies obid esse dictas & scriptas, ut auditis & cognitis malorum bonorum principiis qua prava sunt sugiamus, quæ bona faciamus. Ænigmata uerò & obscuri sermones,ita quide caute sunt positi, ut mœrore afficiant, si quis in illos incidat: propterea quod nihil manifesti habet, & ne suspicione quide aliqua sensus præbet, ubi uerò diligeter inquiliti fuerint, sensum que habet indicat. Quales sunt Saguisuga tres sunt filia dile Clioe dilectæ. Et he tres, & quarta no dicut, satis est. Infernus, & amor mulieris, & ter ra quæ no laturat aqua, & aqua, & ignis, nuqua dicut, latis est. Et iteru: Tria lunt, quæ cognitu mihi sunt impossibilia, & quartu no cognosco, uia aquilæ uolatis, & uia ser pentis supra petra, & uia nauis in mari euntis, & uiæ uiri in adolescentia: & quæcuç eiusmodisunt enigmata. Nam licet aliorum cogitationem moueant, alia tamé signi= ficant, & obscura quidem sunt, absconditum uerò sensum habent.

Liber XV. Eccleliastes. Thunclibrum scripsit Salomon: sicut supra dictă est. Dicitur autem Ecclesiaftes, quoniam ita hunc nominauit autor iple qui scripsit: in principio ipsius dices: Verba Ecclesiaste filij Dauidis Regis Israel in Ierusale: Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes. Varys uerò nominibus uo catus est Salomon: Sapies, propterea quod Sapietiæ particeps factus est. Prudens, eo quod ueritatis in ipso suit prudentia. Do-Etus, qmuera à Dno doctrina habuit. Ecclesiastes uerò uocatus est, quia ad popula iple cocionatus est, & quæ spiritus sunt, loquutus. Videtur aut in hoc libro de naturali theoria philosophari. Qm enim Ægyptíj de illa suas iam habebat imaginatiões, & Græci hisce de rebus fabulaturi erant, ob eam ipse causam impulsu spiritus sancti eos qui de istis inquirere conabant copescit, dices: No poterit homo invenire opus quod sub sole sactu est: quantuis quæredo satigetur, no inueniet. Deijeit etia Ægyptioru religione circa divinatione ex hominis nativitate, dices: Qui observat ventu no seret, & qui adspicit ad nubes no metet, in quibus agnosci non potest, quæ sit uia spus. Sicut offa in uentre uteru gestatis, ita no cognoscet opera Dei, qui facit uniuer. sa. Deinde & de singulor theoria tractas, consentit, quod de talibus uane quaratur, & quod eiusmodi nihil pariant aliud & labore. No enim ob illoru cognitionem, sed propter uită, quæ opere ipfo talia exercet pro sapiete quis comendatur, & iusto. Di cit nang: Etenim quæcuch scire se dixerit sapies, ea no poterit inuenire. Quonia totu hoc tradidi cordi meo, & totu hoc uidit anima mea, quod iusti & sapientes, & opera eoru funt in manu Dei. Recte igitur taliu rerum inquisitione prætergressus, & in cotemplanda mortaliu politia costitutus, cu multos & uarios videret hominu casus, co stituit, quod prouidentia administrentur omnia, dices cursus non est uelociu, nec bel lum prudentű, nec sapientű panis, nec prudentű opulentia, nec cognoscentiű gratia: quoniam tempus & occasio simul omnibus istis occurrunt. Nam ubiq regnu habet, etiam in agro iam culto. Nece enim quisqua in istis consilii sui dominus est. Quis em homo ille est, qui possit opera sua retrò habito adaptare consilio: Et quod nihil pote statis amplius in hac uita habeat homo, & faciendi bonu & malum, & preparadi ope ra sua ad exitum. Nam & qui edit ac bibit, hoc habet ex dono Dei. Vnde siue quæratur, quomodo facta sint quæ uidentur, siue pecunia possideatur, siue in luxu & abun dantia quis delicietur: omnia ista uanitas sunt uanitatu, & nihil amplius quam uanitas confilis & inanis uoluntatis conatus. Per iduerò quod ista uanitate esse dicit, sutu rorum bonoru eternitate significat. Quapropter & universa transcendens hortatur, ut æternorum memoriam seruemus, & sciamus suturu aliquando, ut mudus hic presens finiatur, cum dicit: In die qua comouebuntur custodes domus, & nutabunt uiri potentes, & molentes ociabutur, & cum quæ finem mundi subsequutur exponit, dicens: Quoniam cunca quæ fiunt ducet Deus in iudicium, † in omni errato, siue bo- or warn 2014 num, siue malum. Per ista oftedit, quod illud: Vanitas uanitatum, non ad hoc dixerit, gaucia. ut creaturam criminaretur, sed ut æterna contemplatus, temporariorum desiderium admoneret esse uanitate. Et ubi iudiciu futuru esse docet, innuit fore resurrectionem mortuorum, & actorum retributione. Deinde cum dicit, quando ociabuntur molen tes, iterum no oftendit uanam effe ipsam creaturam, sed illam magis instruere quosuis ad pierate. Siquidem ipsius ordo ac dispositio, de sactore ipso ac creatore prædicatio est, in qua sunt & Prophetæ, & Euangelistæ, & Doctores tanquam molentes unicuica alimoniam, per doctrina, uidelicet pietatis scientiam, qui molentes tandem in consummatione seculi ociabuntur. Tum enim non docebunt amplius, instar molentium, sed quisq secundum acta iudicabitur.

Liber XVI. Canticum Canticorum. Thunc librum Salomon conscripsit, sicut antea declaratu est. Totus aute illiad finem use mystice cu allegoria anigmatica coscriptus est. Sensus enim dogma

telligentes sunt in toto hoc libro allegorice uersentur, ne propter imperitoru inscia tiam, quæ dicutur cotemptui exponantur. Ob eam auté causam Canticum Cantico. rum uocatur, quod hoc canticu alia subsequitur, post ipsum uerò nullum aliud expe Standum est. Aliud aut dico no Biblion, sed quod è Biblio assignari possit. Quoddi co tale est: Omnis diuina scriptura de uerbi Dei descesu ad nos, & de aduentu illius in carne prophetiam habet. Hæc enim uoluntas Dei est: & primariū erat Prophetis, ac universæ divinæ scripturæ, hanc rem annuciare. Obiter verò divinæ isti narratio. ni sermones etia attexunt de Babylone gentiu, de Damasco, de Moab, & alijs. Etper fingulas scripturas peccantes increpant, & peccatis Toccupatos adhortaturad poni tentiam cominantes futuru ignis iudicium. Aliæ quidem scripturæ de Christiaduetu prædicat, utpote Moses, cum dicit: Propheta excitabit uobis dominus Deus noster, ex fratribus nostris, sicut me: & Esaias: Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, Et Micheas: In postremis diebus illustris erit mons Domini: & alius aliter secudii spi ritussancti gratia, hac de re prædicit. His aute universis prophetatibus expectabatur adhuc prænuciatus Dominus. Quapropter & multi illu prænuciabant, nec cellarut prophetates donec uenisser. Et hæc omnia cantica quæda sunt. Canticu uerò Canticorum no habet prophetia, nece præcedentem aliqua significatione de Christosled quem alij prenunciarunt uenturu, hunciam ueluti præsentem & carne iam indutum ostendit. Propterea & tanquain nuprijs uerbi & carnis, epithalamium Canticuhoc canticoru canit. Et alia quide scriptura de Seruatore dicunt, & interea & alia quada coiungut:hic uerò liber coiugium rantu uerbi & carnis canit. Quamobre etiamalijs quidem scripturis, propterea quod & alia quæda in illis significatur, indignatiois & iræ fermones ac formidabiles mine infunt:prefens uero liber, quonia nihil aliud qua uerbi aduentu significat, iucunditatis tantu, gaudij ac lætitiæ sermones habet. Sposo fiquide præsente omnes lætari couenit, nec cuiquam lugendu est: sicut & ipse Domi nus dixit: Etenim iple præsens costitutus infirmitates nostras portauit, & mæstitias uertit in gaudiu: Quemadmoduigitur post Seruatoris dispensationem, nullum amplius Propheta expectamus, ita post illa que in hoc canticoru catico significata sunt, non est aliud canticu quod recentius aliquid significet expectandu: Etenim quæ in hoc cantico significantur, eade & in Prophetis & alijs scripturis per interualla dicta deprehendunt. Rurius quemadmodu Agnu Dei loannes oftendir, atquad loannem usq Lex est & Prophetæ:ita quæ in catico canticoru annotantur, finis funtomnium coru que in univerta scriptura signatur. Quid enim aliud post Christi aduentu expe Ctandu est, quam iudiciu & retributio: Propterea Cataphrygæ Prophetas post Dominuintroducentes fallunt, atchob eam causam tanqua hæretici condemnati sunt Canticum igitur est canticoru: propterea quod nullum aliud, post ea qua hic canun tur expectandum est. Et sicut in lege sancta, erant & post sancta sancta sanctorum, postsanctauerò sanctorum, nullus alius interior locus habebatur, ita post cantica, canticum est canticorum:post canticum uerò canticorum,non est interior aliqua & recentior expectenda annunciatio. Semel enim uerbum factum est caro, opusocofummauit. Est autem totus hic liber plenus dialogorum ueteris populi ad Verbu,& summatim humani generis ad Verbum, & ecclesiae ex Gentibus ad idem, & rursus uerbi ad eandem, & ad genus humanum. Deinde Gentium ad Ierusalem, & lerusalem de Ecclesia ex Gentibus, & de seipsa dialogus. Postea & ministrantium angelo, rum ad homines uocatos prædicatio. Sunt itaq ueteris populi precatis Dominum, ut descenderet, & carni coniungeretur, ista: Osculetur me osculis oris sui: Quoniam meliora sunt ubera tua uino. Et iterum excitat issdem, dicens: Noua & uetera seruaui tibi dilecte mi. In genere uerò omnium uox est ad uerbum, ut carnem nostram assumeret. Quis dabit te mihi frater mi, sugentem ubera matris meæ ? Inueniam te foris, osculaborte, nec contemnent me. Apprehendam te, ducam te in domű matris mez, & in cubiculum genitricis mez. Precati funt enim, ut carnem affumeret no aliunde, sed ex eaipsa marre, ex qua nati sumus, licet non eo modo quo nos ex uiro & muliere. Carnem enim fibi tanqua creator ex fola Virgine affumpfit; attamen ex homine.

προληφθούτος

Homo enim fuit genitrix dei Maria. Verbi uerò, ex Virgine iam carne assumetis, ad precates se sunt ista: Ingressus sum in hortu meu soror mea sposa, uindemiaui myrrha meam cum aromatibus meis, comedi panemeu cum melle meo, bibi uinu meu cum lacte meo. In propriu enim hortu, creaturam uidelicet, ingressus carne sibi ex uirgine assumpsit, & homo factus est. Mortale quide corpus erat, ueru cu fragratia sacrosan-Aissimi uerbi coniunctu. Et licet lactis cibum corpori suo admiserit, tamen & uinum illi perfectionis suæ impertift. Etenim que admodu lac comedit, ita & divinitatis ope ra în ipso perfecit. Deinde Verbu carnem indutu uetere populu, ut cui primu oracula Dei concredita fuerant, ad se uocat cum dicit: Surge, ueni, amica mea, formosa mea, columba mea, quonia ecce hyems traslit, imberabijt ac profectus est sibi, slores comparuerunt in terra, tepus sectionis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra, sicus ptulit grossos suinee nostre florentes dant odore suñ. Vbi enim primu populum nactus est, umbra illum quæ in lege est ad tepus docuit, & tante scientem de uoce tur turis admonuit. Postqua aute Hierusalem ad se uocauit, aduocat deinceps & eos qui sunt ex Gentibus, (unus est enim & ludeora & gentia dominus) cum dicit: Venit de Libano sponsa. De Libano uenit ac profecta est, ab initio sidei. De uertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonu, de montibus pardoru. Hanc enim ab idololatria moribus ép ferinis ad fidem uocat. Illa igitur ex Gentibus uocata & iam copuncta, Verbo ad hūc modu loquitur: Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi quiescas in meridie, ne fiam tanqua oberrans inter greges sodali tuoru. Etenim per experien tiam edocta quam facilis sit in multis mutatio & inconstantia, pro confirmatione & corroboratione deinceps precatur, ne iteru accidat quod antea perpessa fuerat. Consolatur itaq illam uerbu ac docet, cum dicit: Si ignoras te ipsum ô pulchra inter mulieres, egredere ac subsequere uestigia gregii, & pasce hoedos tuos iuxta tabernacula pastoru. Nemo siquidem deum cognoscere potest, nisi primum cognoscat seipsum. Nam pietas erga deum sensus est principiu. Sensus uerò est, non externus ille, sed intellectus animæ, cum fide coiunctus. Hierusale, ubi Gentium uocatione cum exacta fide coniunctă uidit, stupefacta dixit: Quid uidetis în Sunamitide, quæ îngredif sicut chori castrorur. Non enim ex una gente, sed ex omnibus uenerut, propria castra relin quentes, & gladios suos cofringentes, ac deinceps quæ pacis sunt sapientes. Ecclesia uerò ex Gentibus, intelligens querimonias Hierusalem seipsam defendit, quod haud frustra uocata sit, cum dicit: Nigra sum & formosa filiæ Hierusalem sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me cosyderare, quod denigrata sum, quoniam Fobtuitus est me sol, filij matris mee pugnauerut cotra me, posuerut me custodem in Aistate uineis, uinea mea non custodiui. Nigra sum, inquit, at sub ipso sole sum, licet enim pre putiata sim, idolis tamen renunciaui, & è domo matris meg egressa sum, sicut & Abra hã. Eade nance prædita sum side. Et ob ea causam uos oro, ducite me in cella uinaria, ordinate in me charitate, servate me in un guetis, stipate me pomis, quonia dilectione uulnerata sum. Nolite præputiñ attedere, sed in charitate me, ô lex & prophete, suscipite. Et si ueritate putida sum, tu me tamé instrue, & fragratia tua cofirma. Etenim dile ctione uulnerata sum. Propterea adiuro uos filiæ Hierusale, in uirtutibus ac potetijs agri, si excitaueritis & euigilare feceritis dilectam donec ipsa uelit. Adiuro uos ô patres, no aduersus potentias, non enim id licet, sed in potentijs paradisi, ut in illam inspicietes, sicut Adam, ita & mesuscipiatis. Nam & ibi no erat circuncisio. Nunc Adæ conditio ac fides renouantur. Verbum uerò Gentium fide cospecta & probata dicit: Pulchra es amica mea, quam suauis, & quam formosa sicut Hierusalem, stupeda, sicut castrorum acies ordinatur. Oportet enim eos qui ex Gentibus sunt non esse dispares Hierofolymæutsiat unus populus. Hocautem sit, quando simul & lege honoramus, & in Christa credimus. Est enim unus deus, & legis, & Euangeliora. Et qui Hierusa-Iem assimilatus non fuerit, non efficitur uerbi amicus. Hierusalem sidem siliorum uidens, & uerbi philanthropiam, dicit: Descendi in hortum nucum, ut uidere germina torrentis, num floruerint mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea. Non cognouit anima mea, imposuit me curribus Aminada. In hortu enim nucu, hoc est, in scripturas ueni, quæ instar nucum sunt, foris duræ, intus spiritales. Vidi quod iungenda sum, uelut in

curru, Gentium uocationi. Coniugatis igitur utrisque populis in orbem terrarum emissa est prædicatio. Et huius ministri fiunt angeli dicentes, egredimini & uidete Sa Iomonemin corona, qua coronauit ipfum mater eius, in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. Qui nance emalitia sua egreditur, immutabilem uerbi & carnis unitatem uidebit. Quando enim uerbi nobiscum per carnis adunationem facta est desponsario, tunc & de morte uictoriam tulit, quapropter & omnia lætitia adimpleuit. Huiusmodi sunt que dialogi in hoc Cantico Canticorum habent ex quibus poterit quis occasione sumpta, in ipialibelli lectione que secundum sensum coniungenda funt, similia similibus adaptare.

Liber XVII. lob.

TOb infcriptus est hicliber, quoniam historiam illius complectitur, quid perpessus fit, tentatus à diabolo & quomodo uicerit, ac pie illatas plagas tolerauerit, rursus omnia duplicata receperit, illustriorce quam fuerat antea factus, iterum deceliberos adeptus sit. Passus est auté cum annorum septuaginta natus esset, itaut omnes ipsius anni fuerint 240. Post acceptas enim plagas annos adhuc uixit 170. Vixit autem lob ante tempora Mosis. Erat enim quintus ab Abraham ex posteris Esau. Veneruntad eum consolandi gratia, propter plagam quam ferebat, tres amici eius, Eliphas Thamanorum rex, Baldad Sanchæorum Tyrannus, & Sopharrex Mingorum, loquutiq suntilli contentiosius & sine comiseratione insultantes adflicto, id quod & in peccatum illis est imputatum, Iob uerò deum pro illis precatus est, & condonatum esteis peccatum. Sunt autem dialogí lob quos cum amicis habuit, nouem. Eliphas ueroad lob tres, Sophar duo, & Baldad tres. Et Elius quoq filius Barachiel filij Buziti, semel illi loquutus est. Tandem uerò dominus illum per turbine uenti ac nubes appellauit. Et lob domino secundo cum illo loquutus respondit.

Liber XVIII. Duodecim prophetæ. Osee, primus.

Tiam ante hunc fuerunt prophetæ. Nam sub Dauide fuerunt Samuel, Nathan, & Gad. Sub Roboam, Abia, Afa, Achias Silonites, Samæas, Addo, Azarias, & Anemi. Sub Iosaphat & Achab, Elias & Elizæus, & qui prophetauit Regi Achab de Syria, & qui seipsum uulnerari fecit & Regem Achab corripuit & Ihu filius Ame & Oziel & Eliada. Verum nulla habentur istorti scripta, nisi tantum quæ in Regnorum historijs & libris Paralipomenon dixisse leguntur. Inter eos uerò, qui prophetas conscripferunt, quorum scripta circumferuntur, primi fuerunt Osee & Iesaias. Sub issem enim Regibus, cum ludæ, Oziæ, Ioatham, Achas, & Ezechiæ Regis ludæ, tum leroboam filij loas regis Israelis prophetarut, factum est autem uerbum dominiad Osee, & prophetauit contra leroboam & Israelem, contra domum regis, & de interitu Samaria, corripuit épeos & conclusit sub incredulitate, significans Ecclesiam ex Gentibus, ex qua muliere meretricem accepit, acceptam relipiscere fecit, & adse subduxit. Prophetauit etiam de Seruatoris aduentu.

Amos, Secundus. Thic eodem tempore, quod ad prophetandi principium attinet, cum Osee & Esaia uixit: fuit enim sub Ozia rege ludah & in diebus Ieroboam filij loas regis Israel, biennio ante terræmotum. Vidit autem quedam & prophetauit contra lerusa lem & Samariam & contra Gentes, Damascum, Gazam, Ascalon, Azotű, Accaron, Tyrum, Idumæam, Thæmam, filios Ammon & Moab. Arguit omnes & fub incredulitate conclusit. Prophetauit etiam cotra Amasiam sacerdotem Bethel, è quo regi Ieroboam deferebatur, quali contra ipsum & contra Samariam, & contra populum prophetaret. Propterea nang non cessabat prophetando sed cosidenter oraculadel denunciabat. Prophetauit etiam de Seruatoris aduentu.

Michæas, Tertius.

Iste tertius quidem ex prædictis fuit. Nam post Oseam prophetauit. Verum eodem Alias sez cum illis tempore uixit. Nam & ipse sub Ioatham et Achas & Ezechia prophetare cundus post coepit: factum est autem ad eum uerbum domini, & prophetauit contra serusalem & predictos. Samariam, & contra prophetas populi seductores, & contra Achab. Prænunciavit etiam aduentu Servatoris dicens: In posterioribus diebus illustris erit mons domini.

Ioelfilius Batuel. Quartus.

A Dhunc quoch factum est uerbum Domini, & prophetauit senioribus & omnibus habitatoribus terræ, de captiuitate terræ & corum qui in illa erant. Prophetauit etiam de gratia spiritus sancti, & ea que per Seruatorem in omnes est essus. Prædicauit & de seiunio & pænitentia, dech Seruatoris aduentu, & signis, quæ sub eo sutura erant.

Abdias. Quintus.

V Isione iste annunciat contra Idumæ a & sine eius, & cotra Gentes, quæ Israeli in sultabant. Prædicit enim suturum, ut domus Esau à posteris Iacob expugnetur. Ionas. Sextus.

Dhunc factum est uerbum domini, ut abiret in Niniue, ibich prædicaret quod post triduu subuertenda esset Niniue. Ille uerò predicatione hanc sugies, naue coscendit, ex qua postea cum urgeret tempestas eiectus, & à cete marino deuoratus est. Post tres aut dies eiecti cete lonam uiventem, atquita secundò factum est ad eum uerbu domini. Quo sacto abist & prædicavit in Niniue. Illi audita hac prædicatione, pænitentiam egerut, & amouit ab illis dominus iram sua. Aduentus domini signum ipse in eo quod pertulit sactus est, deuoratus à cete, & post triduum salvus redditus.

Naum, filius Elcefaei. Septimus.

Nus de perditione Niniue, librũ uisionis prophetat iste, & predicat quidem de festo, uerùm simul de Seruatore prænunciat. Reliqua omnia contra Niniuen sunt, & sinem ipsius & inimicorum Israelis minantur.

Ambacum. Octauus.

Nus & hic uidit & pphetauit, de captiuitate quide Hierofolyma precatus est, acinterim de aduetu Seruatoris prenunciauit. Inuehitur aut et prophetat cotra contemptores. Deinde immixta est precatio prophete, Odam adiunctam habens, in qua tria sunt diapsalmata, canete propheta de aduentu Seruatoris & uictoria mortis.

Sophonias filius Chufi, Nonus.

Li propheta & Ieremias contéporanei fuerunt. Nam uterce sub losia rege ludah prophetarunt. Factú est aut ad eum uerbú domini, & prophetauit in Hierusale & uniuersa ludæa, prædixités dié, in quo demoliéda essent omnia idola, & nemora, su turus és esset se multus ac plactus, prophetat aut & de Seruatore, & de resurrectio ne cius, quam nostri gratia fecit. Deinde & contra Gazam & Ascalon, & Azoton, & Accaron, & contra Moab & Ammon, & Damascum & Niniuem, & Æthiopas.

Aggæus. Decimus.

Post captivitate soluta propheta uit hic propheta in regressu Hierosolymis. Sub Dario rege Persaru, anno regni illius secudo, mense sexto, factu est in manu eius uerbu domini, & propheta uit Zorobabeli, lesu, & Iosedek ac populo de ædisicanda Hierosolyma. Propheta uit etiam de trasgressu domesticoru, & uocatione Gentium.

Zacharias silius Addo. Vndecimus.

Tiste in secundo anno Daríj prophetauit. At in mese octavo sactum est ad eum uerbum domini, & loquutus est illi angelus domini, & prophetauit contra patres & Hierusalem. Multas auté ac uarias uisiones uidit, & de Servatore multis locis prophetauit, significauit ép, quod super asino & pullo subiugali venturus esset.

Malachías. Duodecimus.

Il quoc post captivitatem sub Dario suit. Onus autem verbi domini in manu angeli eius, & prophetavit contra Israelem. Opprobrat autem Israeli transgressiones eius, & accusat illum neglectarum decimarum, & omisse communicationis cum pauperibus. Prophetavit etiã de die iudicii, & illustratione Servatoris, Heliam quante adventum Servatoris mittendum prænunciat.

Liber XIX. Esaias filius Amos.

Ilc & Osee, sicut supra diximus eodem tempore uixerunt. Nam & iste sub Osia, & Ioathan, & Achas, & Ezechia regibus luda suit. Accepta aŭt uisione prophe tauit contra ludæam & Hierusalem. Et sact u estad eum uerbum domini. Et plurima pars prophetiæ eius Euangeliŭ est de aduentu uerbi dei in carnem, & de passionibus

quas nostri gratia suscepit. Prophetauit etiam contra gentes, uidelicet Babylonem, Philistæos & Damascum. Visionem uidit contra Ægyptum, contra Idumæam, contra phalangas Sion, contra Tyrum, & contra quadrupedia in solitudine. Exponit & exodum Senacherim, & arrogantiam Rapsaci, & utrius casum ac perditionem, Præterea & de morbo Ezechie narrat quomodo ille moriturus ad deum orauerit, & additionem annorum quindecim uite suæ acceperit. Prophetauit etiam de Eunuchis

& gentibus, & in calce, de die iudicij.

Liber xx. Hieremias.

TIc & Sophonias, quemadmodum supra diximus, cotemporanei suerunt. Perdurauit autem Hieremias usce ad tempus Ioakim, & undecimű annű Sedechiæ regis luda, captiuitatem q populi. Verbu uerò dei factu est ad eum, ubi sermo domini ad ipsum factus est. Est autem sæpenumero ad eum factus. Et reprehendit iniustitias Hierusalem in multis. Prophetauit in Hierusalem, de futura siccitate, & contra gentes Aeilem, & de aduentu regis Babilonij ad excidedum terram Ægypti, & aduerlus Ba bylonem. Est etiam in hoc libro uerbum, quod dominus Hieremiæ mandauit ut dice ret Sarææ filio Nerij, & Idumeæ, & filijs Ammon, & Chedar reginæ Orientis quam percussit Nabuchodonosor rex Babylonis & Damasco, & Moab, & aduersus Hieru falem & ludam, & domum Achab & de filijs Adab, & ludæis habitantibus interra Ægypti,& sedentibus in Magdolo,& in Taphnis, & in terra Pathura, & ad Baruch cum sermones istos in librum ex ore Hieremiæ coscriberet. Continet etiam hicliber circa calcem, quomodo ludæi insidias struxerint prophete, & in lacum comiabiecerint, Abdemelech uerò Æthiops illum eduxerit. Baruch hunc librum scripsit, qui postea sermones istos ex ore Hieremiæscriptos, ijs qui in Babylone captiui erantlegit, & cofolandi gratia spem, quod liberadi essent à deo, annunciauit. Lamentationes uocauit hunc librum propterea quodistis sermonibus de Hierusalem lamentatus est Hieremias, quando capta est, & populus in captivitatem abductus. Est & Epistola Hieremiæ, sic dicta, quod captiuis hanc Hieremias scripsit, ut cotra idola cautos redderet, ne conspectis illis ad cultum ipsorum cum idololatris abducerentur.

Liber XXI. Ezechiel filius Buzi Sacerdos.

Tle post Hieremiä in captiuitate suit, & quinto anno captiuitatis loakim prophe tare cœpit. Est autem sermo domini sactus ad eum, & super eum suit manus domini, & uisionem ab initio animantis quatuor facierum, admirabilem super modum stupendam & interpretatu difficilem uidit. Prophetauit contra prophetas straelis, & de ligno uineæ, & narrauit de aquila, & cotestatus est Hierusalem de iniquitatibus & peccatis ipsius, & de parabola qua in ore habebant, nempe, patres comederutuam immaturam, & dentes siliorum ostupuerunt. Et silijs Ammon, Et de Oola & Oliba, & lamentationem contra Sur, & contra Sidona, & de die domini. Et Pharaoniregi Agypti, & lametationem contra Pharaonem & Agyptum, & aduersus monte Seir, & de ossibus eorum qui ad uitam redituri sint. Et contra God ac terram Magog. Item principi Tyri. Et lamentatione contra ipsum & silios populi eius. Et contra pastores Israelis. Postremò ædisicationem templi & Ierusalem describit ac prophetat.

Liber XXII. Daniel.

Tiste in captiuitate suit use ad Cyrum rege Persarum. Causam Susannæipse iudicauit, & Seniores, tance Sycophantas, codemnauit. Deinde somnia regis patefecit & interpretatus est. Visiones quoc consummationis uidit, de regnis duas, & de aduentu Seruatoris, & cessatione Hierusalem, aduentuce Antichristi duas. Narrat etiä de martyrio Sedrach, Misach & Abdenago, dece illorü hymno, & quod ipsi quidem seruati in igne, succensores uerò fornacis à stamma consumpti sint, & regem sa chi poenituerit. Ad hæc, quomodo ipse bis sit in lacum Leonü abiectus, primum propterea quod cum Babylonij regem Darium adorarent, ipse solus deum adorasset. Se cundò, quod sub Cyro rege, Bel destruxerat, & Draconem interemerat, & quomodo ipse seruatus à Leonibus, & elacu subductus, insidiatores uerò ipsius in eundem lacum leonum deiecti, & confestim ab ipsis deuorati sint. Isti sunt libri canonici ue teris testamenti, numero uiginti duo, ad numerum literarum Hebræarum coputati.

Totidem

Totidem nance apud eos sunt literarum elementa, sicut diximus. Nunc & de alijs ueteris testamenti libris dicendum est qui etsi in Canone non sunt, leguntur tamen sicut supra declaratum est.

Liber Hester.

Cleuocaturhicliber, propterea quod historia de Hester complectitur, quomodo Der illam deus uniuersam Iudæorum gente iamiam peritura seruauerit, & Aman, qui excidium illius insidiose machinabatur, percusserit. Gesta sunt aute ista in Susis. Artaxerxes rex abiecta uxore sua alia in regno suo, quæ omniñ esset honestissima & formolissima, quă în uxore acciperet, quæsiuit. Et inueta est Hester natione ludea. Illi cognatus erat nomine Mardochæus, & ipsein captiuitate, quæ sub Sedechia erat, in eodem cum illa loco constitutus. Rex autem quedam ex aula sua, nomine Aman, in sublime euexerat, iusterato illu ab omnibus adorari. Hic cum à Mardochæo, propter deum quem ille colebat, no adoraretur, indigne tulit, & cum cognouisset quod ludæus esset, regi Artaxerxi persuasit, ut edicto iuberet universos in regno suo ludæos uno die mensis duodecimi penitus ac funditus perdi. Hoc comperto Mardochæus luctum induit & ieiunauit, atque ante Hester prouolutus ut ipsa opem ferret precatus est. Hesteritacp præmissis ieiunio & precationibus ad Deum, regalisemun do ornauit, & inuocata etiam (erat autem illicitum inuocatis accedere regem) extra temporis opportunitatem ad regem ingressa est, sperans precationum opportunitatis loco futuram. Cum infolentiam facti admiratus elfet rex, illa in terram præmetu prostrata est. At regis commotionem Deus in suauem affectum & mansuetudinem immutauit, ita ut è solio surgens coniugem prostratam erigeret & metu ponere hortaretur, imo optionem daret petendi quicquid uellet. Illa, ut rex cum Aman ad conuiuium suum uenire dignaretur, non semel, sed secundo quoq petit. Aman prægaudio effusus ac gestiens, quod dignus haberetur à regina uocari ad conviuium, adhuc amplius aduersus Mardochæum erigebatur, curabatch lignum sublime collocari, uo lens in eo sequente die suspendere Mardochæum. Rex uero bona quadam prudentia motus noctem illam duxit infomnem, & cum dormire nequiret, iullit fibi commentarios actorum suorum legi, cum que legerentur, uentum estad eum locum in quo conscriptum erat beneficium regi à Mardochæo factum. Duos enim Eunuchos regi insidiantes prodiderat & convicerat coram rege. Hicrex approbas Mardochæi erga se animum quærebat quo'nam digno illum honore pro hoc beneficio afficeret. Cum autem mane ad eum ingrederetur Aman, querit ab illo rex, quo'nam & quali honore dignus lit is, qui regem beneficio afficeret. Adhoc Aman, cum se arbitraretur eum esse, de quo rex querebat, dignum esse dixit: qui alter rex uocetur. Rex igitur Mardo-chæum isto honore celebrari, & Aman ante illus faciem præcedere iustit. Hester ue-rò opportunitatem nacta, pro ludæis orauit. Aman cum regem mærore affectum & ira commotum propter indignum contra Iudæos facinus uidiffet, illo absente reginæ supplicauit, ad genua illius procumbens & adblandiens. Rex cum regressus uideret Aman genuaregine contingere, suspicatus, quod id turpitudinis gratia faceret, iussit eum in ligno quod Mardochæo parauerat, suspendi, & edicto statuit, ut ludæi omnes securitate fruerentur, hostes uerò eorum ab ipsis interimerentur. Numerus au tem eorum qui occili sunt, suit 65000. factice sunt illis festi dies quartus decimus, & quintusdecimus mensis duodecimi, qui uocatur Ader. Dicitur autemilla dies ipsorum lingua Phrure. Quapropter & ludæi in illa Aman incendunt, & festum diem agunt salutis ipsorum memorialem.

Liber ludith.

HOc nomine uo catur iste liber, ob eam causam quod historia de ludith continet, quo modo per illam deus silios & populum Israel ab Holopherne impugnatos & obsessos faluauerit, Holophernem uerò percusserit. Est autem historia talis: Nabuchodonos for Assyriorum rex, cum bellum gereret aduersus Arphaxad regem Medo rum passim ab omnibus gentibus, ad Ægyptum usque auxilia petierat. Cum uerò nemo auxilium misisser, sed omnes contradixissent, posteaquam uscroriam esse asse quutus, & Arphaxad bello superasset, bellum intulti illis, qui nihil auxilis miserant, misisser.

misité Holophernem aduersum eos cum magno exercitu. Hicalias quidem gentes omnes bello cepit, & idola ipsarum confregit, sfraelitæ uerò sese communiebant, nec obediebant Holopherni, neque minis illius perterrebantur. Scripsit autemsacerdos Ioakim ciuibus Betuliæ, ut uiam Holopherni obstruerent. Per ipsorum enim territorium ducturus erat exercitum. Illi quodiussi erant, uiam Holopherni obstruxerut. Holophernes igitur aciem belli aduersus eos direxit. Achior uerò princeps Ammonitarum consilium dederat Holopherni, ne Genti Hebræorum bellum inferret, propterea quod à Deo protegerentur. Ille indignatus misit eu ad Bethulianos, interitum illi comminatus, si quando Hebræos uinceret. Achior itaque in Bethulia resocillabatur, Holophernes uerò ciuitatem obsidebat, & iam aquas illius occupauerat. Hic Iudith, cum siti iam periclitaretur populus, & principes ciuitate tradituri essent, depo sitis uiduitatis uestibus, (maritum enim mortuum lugebat, & continuò ieiunabat) seipsam instar sponsæ ornauit & multis adhortata primores ciuitatis, ne ciuitatem sicuti iam statuerant post quinque dies hosti traderent, ad Holophernem egressa est, et tertia post exitum die sua illum sapientia decepit & clam ignorantibus hoc illius militibus capite truncauit. Quo facto fugerunt Astyrij, Israelitæ uerò undequaq concurrentes in fugam datos trucidarunt, atque ita liberati hostium is spolijs diremptis, Iudith uictrici, quæcunque Holophernis fuerant, tradiderunt. Ipfa uero ludith Hierosolymam profecta omnia obtulit Domino, inde domum reuersa, pietatis exercitium retinuit, & ad mortem usquin uiduitate perdurauit. Nemo enim illi nuptias persuadere potuit. Mortua est autem, postquam in uiduitate honeste uiduisset, atatis anno centelimo quinto.

Liber Tobiæ. Obiquocatur hic liber propterea quod historiam illius habet. Eratautem hic de L tribu Nephtalim, in captiuitate constitutus, in ciuitate Niniue, misericors & timens Dei. Etenim cum in captiuitate esset, communem panem cum Gentibus non comedit, sed seipsum custodiuit. Erat autem annonæ præsectus apud regem Enemefarum, & deposuit apud Gamaelum in Media decem talenta argenti. Isti Tobiæstudium erat sepeliendi mortuos ex ludæis. Huius gratia delatus ad regem Achirelem fugasibi consuluit. Regressus è fuga, cum mortuos aliquot sepelisset; extra septa obdormiuit, & cum pro more suo apertos haberet inter dormiendum oculos, albuginem illis contraxit, & ab eo tempore uisum amisit. Erat autem in Ecbatanis filia Raguelis cognati ipsius, nomine Sara. Hanc dæmon Asmodæus non permittebat, ut nuptijs potiretur. Occiderat enim iam septem adolescentes, qui illam sponsam acceperant. Propter hanc causam cum uehementer contristata precibus se dedisset, milit illi Deus auxiliatorem Raphaelem archagelum. Tobias igitur cum filio suo Tobia mandasset, ne sibi aliunde uxorem quam etribu & cognatione sua sumeret, decemilli talentorum chirographum dedit, præcepitch ut abiret, & peteret ea. Filius autem cum nec uiam nosset, rec hominem ad quem erat proficiscendum, egressus est, ut uix sibi ducem quæreret, & dei providentia incidit in Raphaelem qui hominis instarforis stabat, precioci illum conduxit, eo quod se uiæ huius gnarum esse diceret. Comitatus itaque illum est Angelus inspecie hominis, qui Azarias diceretur. Cum autem ad Tigridis usque fluenta peruenissent, uolebat Tobias in illa lauandi gratia descendere, & mox piscis quidem grandis insultum in illum faciebat. Angelus uerò iussitilli, ut piscem hunc apprehenderet & in frusta secaret, ecp illo epar, cor & bi-Iem desumeret & servaret. Rogante postea puero, in quem illa usum profutura indicaret, respondit, epar & cor incensa, dæmonia sugant, bilis uerò oculorum albuginem repurgat. Huius itaque consilio & cooperatione Tobias isto suffitu dæmonium fugauit, & in superiore Ægypti parte per Angelum ligauit, atque ita Saram filiam Raguelis in uxorem accepit. Cum autem apud uxorem hereret, Azariam tanquam hominem, in Mediam milit, et cum per illum dece talenta recepisset ad patrem una cum illo & uxore sua reuersus est. Reuersus uerò, oculos patris selle piscis oblinijt, quo facto, deciderunt ab illis squamæ & mox uisum recepit senex. Is cum cæcus fieret annorum erat 58. cum uerò visum reciperet 66. Tum demum angelus seipsum manifestauir,

manifestauit, quod non homo esset, sed angelus, à deo missus, ut ipsis & Saræ opem adserret. Vbi uerò senex factus esset Tobias, filio suo mandauit, ut in Mediam abiret, propterea quod suturum esset, ut Niniue secundum uerbum lonæ prophetæ sub-uerteretur. Et uiribus destitutus mortuus est annorum 158. silius uerò eius in Mediam migrauit, ubi tandem sepultis socero ac socru, & de Niniuæ subuersione percepta sama, mortuus est annorum 107.

Liber Sapientiæ Salomonis.

Apientia Salomonis uocatur hic liber. Nam & hunc à Salomone scriptu esse di-Deunt. Continet autem & doctrină iustitiæ, & instructionem cum deprauatorum tum integrorum uirorum, ad hæc & prophetiam de Christo. Docet etiam quomodo multo opus sit labore & desyderio ad comparandam sapientiam. Habetur quoch hic de nonnullis nature partibus disputatio. Item contra imagines, & illarum sculptores, contra eos qui spem in illis pontit, & eas adorant ac colunt, Præterea & hymnus adiuncta confessione ac prædicatione mirabilium operationum, quæssiraelitis, coram ipsorum inimicis à Deo impensæ sunt. Igitur ipsa quidem libri huius coplexio hunc in modum habet, recapitulatio uerò in istis est. In proœmijs adhortatio iusti estad pietatem & cultum Dei, & reprehensio impij blasphemi. Ne æmuleris, inquit, Antichristos, qui sunt ipsa mors. Vnde factum sit quod impi Dominum gloriæ crucitixerunt, nempe ex eo quod presens seculum elegerunt: unde & Apostolos persequuti sunt & occiderunt. Quod futuri sint quidam qui legem domini contemnant, quidam uerò alij, qui illi sint obtemperaturi. Et quod Deus nemultitudini quidem eorum qui impie agunt, sit parsurus. Etenim unius iusti, Christo credentis, cura est deo, etiam si in adolescentia moriatur. Illa quippe senectus preciosa est, non ea quæ multi temporis est. Et si impius mortem eius qui Christo credit, contemnit, à Christo tamentales eliguntur, impijuerò ignominiofæ ruinæ tradentur, & grandi condemnatione prosternentur, qui seruos Christi persequuntur, uidentes in sudicio gloriam Christi & suorum, se uerò ad supplicium rapi. Quod divitie nobis cum arrogatia con tingat. Quæ sit ira Dei super eos qui impie in Christu delinquunt. Adhortatio etiam ponitur ad principes Ifraelis, ut Christo credat, imo denunciatio principibus Catholicæ ecclesiæ, quomodo regere debeat postillius abscessum. Que sit sapientia: Nempe filius Dei. Et quomodo uerbum sit caro factum, inche nobis habitauerit. Quoniam & ego,inquit, eadem uobiscum passus sum, homo existens, & iussu Dei discipline sub ditus. De Christo sapientia dei. Quod omnium, inquit, ex illa cognitionem habeam. In manu enim illius & nos fumus & fermones nostri. Quæsir sapientia, & quomodo illa ad homines uenerit. Cum enim unica sit, omnia potest, & cum in seipsa maneat, omnia tamen innouat. Quoniam, inquit, ab adolescetia sapientiam adamaui, omnia bona ex illa accepi, carnalia & spiritualia. Cognita enim magnitudine sapientia, po-stulaui à domino, ut daretur mihi spiritus sanctus, qui me per illam illuminaret, & mis sus est ut mihi collaborer. Cogitationes nanq mortalium ignauæ sunt. De operibus sapientiæ, quo modo primum hominem custodiuerit, è quantis malis Deus credetes sibi seruet, & quanta illis bona præstet, ut uidere est in Noe, Abraham, Loth, Iacob, Ioseph, Israelitis, quos èmanu Agyptior que Mosen liberauit, & aqua è dura petra excussa potauit. Quomodo in septem gentes uespas dimiserit, & lenitate usus etiam illis postea pœnitentiæ locum dederit, per ista populum instruens, ut benignus esset & humanus, contra elementorum, ranarum, uermiculorum, murium, locustarum, uesparum, serpentum, imaginum ex auro, argento, lapidibus, aut ligno fabricatarum, adoratores. Quod per lignum salus sit credentibus. Desculptoribus uel pictoribus imaginű: deci omnibus idololatriæ malis. De impiareligione, & quæcuncilli infunt mala. De figulo, & fictilibus imaginibus. De omnis generis imaginibus, quæ à Gentibus coluntur, inimicissimarum bestiarum, serpentum, catorum & similium. Quod pro ranis deus coturnices Israeli miserit. Quod contra morsum serpetum, per æneum serpente curatus sit populus, inimici uerò ipsort, per locustas & mures occisi. Quod populum angelico cibo aluerit solidum alimentu pro quacunq uoluptate habente, & ad quemcunque gustum apposito. Quod grandinem cum igne ad corrumpenda

germina in Ægyptios miserit. Quod palpabiles tenebras in Ægyptios demiserit, & que illis inerant mala, sanctis uerò suis, lucem in Ægypto, & columnam ignis insolitudine. Et quod propter occisos Israelitarum infantes Ægyptiorum primogenitos mors & submersio sustulerit, procemorte primogenitorum, salus Israeli per sanguinem agni concessa sit. Et pro morte iustorum in solitudine, Aaron dominum precibus & incenso placauit, pro morte uerò Æygptiorū in mari rubro suerit ira Dei absemisericordia, & iter populi insolens. Quod propter inhumanitatem erga aduenas mala ista passi sint Ægyptij, quemadmodum & Sodomitæ. Quod elementa diuino Dei iudicio subsinta ad illius imperium pro arbitrio parata, sicut corda citharæ in citharis ludenti. In his comprehenditur omnis facultas sapientię Salomonis quam panareton uocant.

Liber Sapientiæ Iesu Syrach. I le lesus filius quidem fuit Syrach, habuit aut nepotem eius dem nominis lesum, qui posterioribus temporibus uixit, post captiuitate, & reuocationem, & post prophetas omnes. Auus huius lesus: quemadmodu & ipse testatur, uir fuit industrius & prudentissimus, & non solum superiorum ante se sapientum apophthegmata collegit, sed & propria quedam de suo adiecit, multa sapientia & prudentia referta. Cum igitur hunc librum superior lesus è uiuis discedes post se reliquisset, Syrach filius eius acceptum, lesutilio suo reliquit. Is postea scripta ista in unum eumos per omnia conti nuum ordinem digesta, sub suo patris & aui nomine Sapientiam uo cauit, utipso Sapientiænomine auditorem alliceret, & ad curam libri huius amanter suscipiendam, hoc amplius permoueret. Continet autem hic liber fermones prudetiæ, ænigmata & parabolas, ad hæc & pias quasdam ueterum historias, de uiris Deo acceptis & simul illorum preces & hymnum. Præterea de beneficijs quibus populum suñ deus dignatus est, & demalis quibus hostes ipsorum abunde puniuit. Hic itaque lesus cum esset Salomonis sectator, haud minus illo in illustranda sapientia & pietatis disciplinastre nuum se gessit, uere multiscius & existens & dictus. Hanc quidem complexionem, utita dicam, habetiste liber, recapitulatio uerò ad hunc modum cognoscenda est: In procemio de omnis generis sapientia domini disserit, deinde de timore domini, de ira, de metu, de canimo imperterrito, de scientia sapientiæ, de cultu ac reuerentia dei, de eo quod oportet absque hypocrisi accedere ad Deum. De tetationibus, & patien tia, de timiditate & animo deiecto, de dilectione domini, de honorandis parentibus. De mansuetudine & æquabilitate animi submissi. De proterua & temeraria libidine de his rebus quærendi, quæ præceptæ non sunt. De præfracto ac duro, deces superbo. De intelligente & indocto. De misericordibus & pupillorum tutoribus, adamicum obtemperantem & æquabilem. De exaltatione filiorum sapientiæ. De contumacia reproborum. De pudore tam noxío quam utili. De eo quod uerba non debeant ope ribus præponi, nec quisquam debeat sua sponte docendi officium usurpare. Quod nemo debeat desyderio pecuniarum uinciri, nec putare, quodimpune delinquat, etiamsi non statim poenas damus. Est enim Deus lenis ac tolerans: & curandum nobis, ut placetur, non ut in concupiscentia cordis progrediamur. Quod non debeamus quouis uento circumferri. De nugacitate & arrogantia. De uoluptuariorum opinionibus, quinec credunt nec fidem perfidi merentur. De disciplina Domini, quod in illa ab adolescentia ad senectutem usque persistendum sit. De auditu inutili. Quod amicus prodinon debeat, neque declinari à muliere sapiente. De domesticis, de possessionibus, de libris, de uxoribus. Quod nemini malum facere debeamus, nec dominatum ambire, neque contemnere si peccemus. Quod non debemus mentiri fratri, neque nugari coram senioribus, nec iterare sermonem. Degloria parentum. De reuerentia ac metudei. De honorandis sacerdotibus, & de curandis male adtectis. Quod cuiusque rei finem prius oporteat prospicere, quam actionem ordin, quod cuiusque sermonis aut negocii postremi euentus prospiciendi sint. Quoduetultorum sapientum dissertationes contemnendæ non sint. Vnde oriatur scortatio. Veterem amicum non esse deseredum, eò quod similis situino nouo nouus amicus. De artifice sapiente, doctore secreto, & rege indocto. Quod morbu diuturnum ex

petat medicus. De posteris honorandis, quibusdam uerò perfidis. De famulo sapi= ente, & principe opulento. Quod modica cum sit inter uolucres apicula, fructus tamen illius primas obtineat inter dulcia. Quod absquidicio & re nondum explorata non sit querulandum. Quod non oporteat esse curiosum, sed iustum, eo quod Deus est, qui dicat. Quod nihil ex humanis bonis ita constans putari debeat, quod non possitab uno accersi ad aliu. Quod non sit germane cum quouis homine agendum, sed cum pijs tantum & iustis. Quod mali cauendi sint. Quod nihil sit habendu com mercij cum superbis, propter inquinationem quæ ex illorum conuersatione est. Quod præ multis colendus sit proximus, & quod unumquodos animal diligat sibi simile. Quemadmodum enim nulla communio est lupo cum agno, nech hyana serpenti pax est cum cane, ita neque peccatori cum pio. De parcis, qui nihil largiuntur alijs. Et quod nihil habeat contrarij tam in divitijs quam paupertate iustum & pium esse. Beatum reputari eum qui ad mortem usque sapienter ac prudenter uiuat, non qui dives sit in hoc mundo. De libera potestate. Quod de apostasia non sit ratio exigenda à domino, eo quod omnia tibi sint apposita. Quod melius sit carere liberis quam liberos habere malos. Quod nihil deum lateat. De imperu & iudicio Dei. Et quod non putandum sit iniquos posse à Deo abscondi, aut quod iudicium eius effugiant. De creatis, & fictione hominis qua honoratus est à Deo. De latione legis. De eleemosyna & pœnitentia. De æquabilitate in responsis servanda. Non esse uituperandum bonum opus, neque domum aliquam in casu tristi. Quod qui principa tum concupiscit petulans sit, & in omnibus rebus animo paratiore audacior. Non esse diffluendum luxu, & à quibus abstinendum sit. De custodia mysteriorum. De stulto, de sapientia qua per parabolas traditur. De uita, de principio, de sapientibus & stultis. De silia audacia. De negligentia stulti, de mente dura, & in quibus dissol uatur amicitia. Non esse peccatoribus inconsiderate loquendum. Non esse postulandum iuramentum. De custodia anima & corporis. De homine scortatore. De muliere mala & adultera. Prophetia de Christo qui est sapientia Dei & filius fluuijs comparatus. De additione disciplinæ. De sœlicitate numero duario comprehensa, Deinferenda plaga & ultione. De mercatorum delicto. De ijs qui rem secretam reuelant. De homine animoso. De uiro loquaci: de fœnore à proximo sumpto, & quod usura non accipienda, sed mutuo dandum sit egeno. De sideiussione proximi. De uita. Quod liberi ad fallaciam non sint instruendi. De sanitate corporis, de cibo, & anima. De doctrina bonorū, quæ filio, uxori, fratri & amico præstantia & prin cipalia haberi debeant. De servo facinoroso. De insomnijs stultorum. De seductione & multa experientia. De timentibus dominti. De sacrificijs & oblationibus cum extra iustitiam tum in iustitia factis. De facrificijs ex auaritia. Cotemnendas esse deli tias & diuitias. De heluonibus, & inuidis, & infatiabilibus & inordinate uiuentibus. Non esse inebriandum uino, sed quod satis sit bibendum. De exaltato homine moderato. De eloquentia senioră, & loquentia adolescentuli. De suscipienda disciplina legis, & de judicijs & justificationibus. Credendum esse legi. De testamento dei secundum generationem. Et quod hominibus naturæ constitutio eadem sit, uoluntatis uerò diuerfa:unde benedictionis quidam participes, maledictioni uerò nonnulli subiectisint. De populo electo. Et quod bono contrarium sit malum, & pio peccator. Quibus sit communicandum. Qualis sit ducenda uxor. Quales habendi amici. Quibus utendum consiliaris. Quos doctores affignet. Cuiq sciendum effe quid conducat. De honoradis medicis. Quomodo lugendum sit super mortuo. De scriba & agricola sapiente. De uigilis architecti siue ærarij siue figuli. De custodia enda hominis anima. Et de sapientia permanente, & quantum illa assequatur. De præscientia Dei, & conditione mundi. Quod creatura pis in benedictione, iniquis uerò in maledictionem uertatur. Quod occupatio magna cuiuis homini sit creata, & iugum graue impositum silijs Adæ. Quod quicquid ex terra est, ad terram reuertatur, & quicquid ex aqua, ad mare defluat. De collatione bonorum, & quæ carnalia bona minoris sint momenti. Quæ bona maiora sint & spiritalia. De repetitione uitæ. De morte homini diviti acerba. De morte pauperis honesti. De non timenda 1L 3 morte.

morte. Quod non sit cum probro uiuendum, sed ratio habenda nominis boni. Dedi sciplina pacis. Quorum gratia sit erubescendu, & de quibus non sit. Quod nunquam sit ponenda cura filiæ uirginis. Quod sedendum non sit in medio mulierum, propter scortatione. De opificio domini. De sole, quod admirabilis sit & opus Domini. De luna & astris. De arcu, niuibus, fulguribus, nebula, grandine, terræmotibus, tonitru, pluuia, pruina, caligine, de rore æstiuali, de abysso terræ. De magnifica creatione do mini. De beneficijs eius. Epilogus de Enoch & Noe. Epilogus de Abraham & Isaac, & illoru tentationibus. Epilogus de lacob & Mose, & que ille mirabilia perpetrauit. Epilogus de Aarone & ipsius ministerio & sacerdotio. Epilogus de Datha, Abiron & Chore. De primitis primogenitorum, quæ ad Aaronem pertinebat. Epilogus de Phinees filio Eleazari, quod tertio loco celebris post Aaronem suerit. Quod Dauidi dominus testamentum regni disposuerit. Quod Iesus Naue successor Mossimter prophetas suerit. Quomodo in diebus Mosis Iesus Naue et Chaleb filius lephonese cerint misericordiam & ex duodecim servati sint. De Samuele, qui post lesuminter prophetas iudicauit populum. De Nathan Propheta. Encomion in Dauide regem. Quomodo Salomon sapiens quidem suerit, tandem uerò mulierum adamator euaserit, ast finita ira dei per poenitetiam misericordiam adeptus sit. De leroboam & Ro boam schismatis in populo autoribus. De propheta Elia, cuius ignis mala consumplit. De Elizao propheta & discipulo Elia, cuius etiam spiritu repletus est. De capti uitate regum Iudah. Quam animo submisso fuerit Ezechias, & amicus Isaiz, & occisor Rampsakes. Quomodo liberauerit dominus Israelem per manu Isaiæ, percussis castris Assyriorum. Quomodo Iosias rex suerit amicus Ieremia. De propheta Ezechiele quod in captiuitate Babylonica fuerit. De offibus duodecim prophetarum. Quomodo Zorobabel & lesus filius losedeck domu domini ædificauerit. Quomodo Neemias muros Hierofolymæ collapsos erexerit. De Enoch, qui interinclytos connumeratur. Quod Ioseph cum inclytis fuerit, & populum confortauerit. Quod Sem & Seth celebres inter mortales fuerint. Quod Simon filius Onia celeberrimus in summo sacerdotio fuerit. Quod in omnibus istis laudandus sit Deus magnificus. Contra Samaritanos qui Iudaismum, & contra Iudæos qui Christum reprobaturierant. De Epilogo totius libri. De oratione lesu filij Syrach nepotis lesu.

LIBRI NOVI TESTAMENTI.

Primus: Euangelium secundum Matthæum.

Oc nomine uocatur hic liber, propterea quod ipse Matthæus discipulus Do-I mini Euangelium hoc conscripsit. Narrat autem ab initio generatione Seruatoris secundu carnem, ex semine Dauidis. Quapropter & ab illo genealogia ad Chri stum usq quadraginta duabus generationibus deducit. Cotinet etiam baptisma los annis, & tentationes quibus in mote Christus à diabolo tentatus est, & signa & prodigiamagna à Seruatore facta, discipulor electionem, myster j tradition e, quomodo tande traditus sit Pilato, crucifixus corpore, corpus ipsius posituin monumento, milites uestes eius diuiserint, ipse uerò tertia die resurrexerit, discipulis q præceperit, ut doceret omnes Gentes, & baptizaret eos, pollicitus illis, quod esse uelit apud eos cunctis diebus, usquad consummatione seculi. Signa uero, quæ à Christo sacta Mat thæus narrat, sunt ista: Leprosus mundatus est. Puer Centurionis etiam absens, iuben te tantu Christo, curatus est. Socrus Petri febricitas sanata est. Vespere sacta allatisut ad eum dæmoniaci, & male habentes, & spiritus eiecit uerbo, alios quoq ad eum odum curauit. Cæterű Christi generatio describitur. Bonű nűcium ab angelo accepit loseph, magi adorat, descendit Christus in Ægyptū. Infantes occidit Herodes & mo ritur. Christus ex Ægypto reuersus habitat Nazareth. Venit Ioanes baptizas. Auersatur Sadducæos & Pharisæos. Baptizatur Christus, & tetatur à Satana, postea cum traditus esset Ioanes, uenit Capernau. Vocat eos qui cu Petro & Iacobo erant. Curat multos, sedet in mote, & loquitur de felicitate ac subdit dices: Vos estis sal terræ: &, uos estis lux mudi, hortatur eos de uitæ couerfatione. Exaggerat præceptalegis, ubi

